voluto , non essendo in questa stamperia tutti gli accenti, ne' segni degli scioglimenti de' dittongi, se non che solamente nel Greco carattere, che per lo Latino altro ella non usa se non solamente l'accento grave. Ma tempo è gia di non tenervi piu a bada, che pur troppo vi ho trattenuto nella lettura di quest a pistola, sapendo quanto sia il tempo da voi altamente, e degnamente impiegato; e solo dir mi rimane, che quanto di buono leggerete, in queste addizioni, tutto è vostro, e del Signor Antonio Magliabechi, quanto però di male, tutto è mio; e riverendovi umilmente mi dichiaro per sempre.

Di V.S. Illustris.

Di Napoli à dì 1. Aprile 1683.

Obbligatissimo Servo
Lionardo Nicodemo.

ADDI-

ADDIZIONI COPIOSE ALLA BIBLIOTECA NAPOLETANA DEL DOTTOR NICOLO TOPPI.

A

DRIANA BASILE, di cui si parla a *carte* 2, vien lodata dal Cavalier Marino; mentre si stima, che di lei intendesse ne' seguenti versi del suo Adone, nel Canto 7. stanza 8.

Tal forse intenerir col dolce canto
Suol la bella Adriana i duri affetti,
E con la voce, e con la vista in tanto,
Gir per due strade a saettare i petti.

AGAZIO GUIDACERIO, di cui si parla a *carte* 2, viene stimato dal Lambino, che fosse di nazione Spagnuolo; ma il Lambino s'ingannò, sì come s'ingannò in Paolo Paradiso, il quale era Viniziano, e pure lo fece Spagnuolo, scrivendo, nella dedicatoria del suo Commentario d'Orazio, a Carlo Nono.

Exortus est Franciscus ille, avus tuus, humanarum litterarum, omniumque ingenuarum artium, ac disciplinarum verissimo cognomento parens appellatus: qui rus merum, qui fœdam barbariem, qui grave virus, qui crassas tenebras è scholis, ex urbibus, è tota Gallia suo splendore depelleret, fugaret, dissiparet: sermonis Hebraici, Græci, Latini, omnium artium honestarum, & reipub. utilium studia in hominibus ingenio præstantibus commoveret, atque excitaret. Id autem hac ratione assecutus est. Lutetiæ duodecim doctores partim Gallos (in quibus erant illa Galliæ tuæ ornamenta, Franciscus Vatablus, P. Danesius, Jac. Tusanus, Dion. Coronæus, Orontius Finæus) partim advenas (in quibus erant Bart. Latomus Germanus, Joannes Poblatius Hispanus, Agathius Guidacerius, Paullus Paradisus, uterque item Hispanus, Jo: Stracelius Flander, Vidus Vidius Florentinus) proposito, atque attributo eis honestissimo præmio, instituit, &c.

Egli è vero, che in detta lettera, che si scrive a Carlo Nono dal Lambino dell'edizione di Leone *apud Jo: Tornesium* 1561. nõ si legge ne Agazio Guidacerio, ne Paolo Paradiso; sì come ne meno questi nomi si leggono nell'altre edizioni, che sieno antiche però, come in quella del Manuzio, ed altri. Del Guidacerio si veggono le seguẽti opere:

Agathii Guidacerii Versio, & Comment. in Cantic. Cantic. Parisiis 1531. *in* 4.
Agathii Guidacerii Versio, & Comment. in XXIV. priores Psalmos Davidis. Parisiis 1540. *in* 8.
Agathii Guidacerii Grammat. Hebraic. Parisiis 1540. *in* 8.

Paolo Paradiso, nel Dialogo *de modo legendi Hebraicè*, scrive:

MATTHÆUS. Talem dicebat Præceptor pro-

pronunciationē habere Hispanos. Ego semel, & iterū, lectionibus illius Regii Professoris interfui, qui hanc litteram Hhhàiju adeo religiosè pronunciabat. MARTIALIS. Cujus ne ais? (nā duo sūt, & alii Hebraicorū Regii interpretes, præter Præceptorem) Agathii ne, an Vatabli? MATTHÆUS. Agathii sanè, qui mihi in hoc Judæorum accuratam nimium pronunciationem affectare videtur. MARTIALIS. Imò verò Arabum potius, &c.

La prima Grāmatica, della quale si valse il nostro Magliabechi per istudiare la lingua Ebraica, come egli in una sua lettera testifica, fu la Grammatica del Guidacerio, della quale stima, che ce ne sieno piu edizioni.

Il Gesnero nella Bibliot. a carte 15.

Agathii Guidacerii Sacræ Theologiæ Regii Professoris Lutetiæ Parisiorum, Peculium, cujus argumentum ex ipsius Auctoris Epistola cognoscetur, quæ hujusmodi ferè est.

Et si sanctarum in Originalibus Linguis Scripturarum publicis Lectionibus obstrictus, Commentaria, quæ in Linguam Sanctam conscribere institueram, nondum absolvi: primas tamen ejus præceptiones saltem edere in præsentia volui. Quamobrem ecce ex probatissimis Hebræorum præceptoribus, Mose Kimhi, Pethah Debavai, Michlol, aliisque (in quorum scripta me ut à Christianis parentibus progenitum, ac à teneris, ut ajunt, unguiculis Latinè, Græceque, & non Hebraice eruditum, Latina Commentaria conscribere, puto fecisse satis,) de Litteris, de punctis, de quantitate syllabarum, de accentibus, deque perfecta denique (in qua omne cœlestis hujusce linguæ versatur decus, atque dulcedo) pronuntiandi ratione, primum hunc libellum damus: daturi mox, Christo auxiliante, (si hæc placere vobis intellexero) & de octo partibus orationis alterum, subindèque, & ad ea, quæ in peritissimi David Kimhi Michlol, ad hujus artis dikduk, idest subtilis considerationis exercitationem, (sic enim Hebræi, id quod nos Grammaticam dicimus, appellant) copiosissimè tradita sunt, elucubranda, edendàque accedemus.

Excusum est hoc opusculum Lutetiæ apud Wechelum anno 1537. in oct. chartis 5. & dimid.

Nell'Epitome del detto Gesnero, con l'addiz. del Simlero, e del Frisio, si legge a carte 16.

Agathii Guidacerii S. Theologiæ Regii Professoris Lutetiæ Parisiorum, Peculium, excusum Lutetiæ apud Wechelum 1537. Idem scripsit de laudibus psalmorum. Item in primū psalmum. In orationem Dominicam, & verba Domini in monte.

Genebrardo nella Cronografia, all'anno di Christo 1530. a carte 722. della edizione del 1585. scrive:

Eodem anno Franciscus I. Franc. Rex Gulielmo Budæo, & Jo. Belajo hortantibus, ad addendum colophonem iis, quæ in Parisiensi Academia desiderabantur, destinato aureorum ducentorum honorario, Regios linguarū professores instituit. Hebraicæ quidem Franciscum Vatablum, Græcæ autem Petrum Danesium Parisiensem, postea Episcopum Vaurensem. Quibus duobus continuò addidit Jacobum Tusanum Græcæ, Agathiū Guidacerium Hebraicæ, Doctorem &c.

Il Barrio nel. lib. 3. pag. 1137.

Inde fretum redeunti Arocha Castellum occurrit, quod Crotalus Fluvius adlabitur. Ex hoc Castello fuit Agathius Guidacerius Presbyter integræ vitæ, Vir Latina, Græca, & Hebraica apprimè eruditus. Romæ Hebraicas Litteras publicè docuit Leone, & Clemente Pont. Inde Bibliothecà, quam multo studio sibi comparaverat, amissa, ea in direptione, quæ per Carolum Borbonium facta est, Paris: adiit, ibi plures annos easdem litteras publicè est professus. Edidit Rudimenta Grammaticæ Hebraicæ linguæ. Scripsit ad Clementem VII. super Cantica, & super aliquot Psalmos, & in Danielem. Migravit è vita Parisiis Pauli III. Pontificis anno octavo, ætatis suæ anno 65.

Molti altri, che parlano del Guidacerio, si tralasciano per brevità

AGAZIO DE SOMMA, di cui si parla a *carte* 2. compose ancora il seguente libro:

Istorico Racconto de i Terremoti della Calabria dell'anno 1638. fino al 41. composto da Agazio de Somma. In Napoli 1641. in 8.

AGOSTINO DE' CUPITI, di cui si parla a *carte* 3, compose

La Caterina Martirizzata, e non *Mortificata*, come quivi si legge.

Non si tralascia anche d'aggiugnere, che a carte 116. delle Rime di Cammillo Pellegrino si trova un Sonetto del P. Agostino per risposta di un'altro del detto Pellegrino, ch'è nello stesso libro a carte 101. Quello del Pellegrino principia.

Mentre, che pura a guisa di Colomba

La risposta del P. Agostino comincia.

Al Ciel se'n vola a guisa di Colomba.

AGOSTINO NIFO, celebre Filosofo Peripatetico, di cui si parla a *carte* 4, compose molti libri, i quali non si sono quivi registrati; e però non sarà fuor di proposito il copiare il catalogo fatto da Gabrielle Naudeo dell'opere del Nifo. Fece dūque il Naudeo ristampare in Parigi gli opuscoli del Nifo,

Nifo, e questo è il titolo del libro; il quale si registrerà nel Catalogo ancora, che si porrà piu sotto, convenendo adesso parlare del giudicio, che il Naudeo fa del Nifo.

Augustini Niphi sua tempestate Philosophi omnium celeberrimi Opuscula Moralia, & Politica: cum Gabrielis Naudei de eodem Auctore judicio. Parisiis sumptibus Roleti le Duc, via Jacobæa sub signo Justitiæ 1645. *in* 4. E nel principio vi è: *Privilegium Augustini Niphi Suessani Comitis Palatini.*

Il giudizio, che ne fa il Naudeo è erudito, e curioso; parlando lungamente della patria del Nifo, de' suoi tanti cognomi, de' suoi scolari, di coloro, che n'hanno parlato con lode, e di diverse altre cose simili. Crede egli, che morisse di settanta, e piu anni, ed in un luogo sì scrive:

Quòd si quis à D.Thoma discesserit (cujus, ut etiam Alberti Magni, sapientia, cœlestis potius, quàm humanæ scholæ documenta fuisse videntur) is nullum alium reperturus sit inter Latinos Aristotelis Interpretes, cui, seu librorum editorum multitudine, seu dogmatum Aristotelis perpetua constantique propugnatione, seu denique sententiarum ejusdem explicatione facillima, gloriam eruditionis, & pervagatæ in omnes Europæ Provincias, perque omnium ora celebritatis concedere meritò debeat.

Il detto Naudeo crede che il Nifo fosse stato di Joppoli, scrivendo:

Quo sanè modo, si Niphus loquutus fuißet, & se Jopolensem Calabrum Patria, lare vero Suessanum dixisset, &c. Omnino siquidem Jopolensis Calaber extitit. Vien testificato l'istesso dal Barrio con molti altri, scrivendo egli nel libro secondo a carte 1067.

Inde est Jopolis exiguum Castellum edito, adeoque salubri loco sitū, quasi Diopolis, hoc est, Jovis Civitas, haud nimium à mari semotum, Augustini Niphi Philosophi Patria, &c.

Extat adhuc Jopoli Niphorum Familia. Verùm ipse in Sinvessanorū gratiā, quòd apud eos aliquando degerit, uxoremque duxerit, Sinveßanum se scribebat. Quanquam sæpius in gymnasio palam Calabrum se esse fateretur, & in epistola, quæ est ad Joannem Arenarum Principem, in Commentario super PeriHermeneías se Calabrum eße testatur. Id quod tamen in secunda operis editione sublatum fuit.

Ma se si volesse scrivere tutto cio, che si potrebbe dire intorno al Nifo, non basterebbe un volume. Si passa addunque a trascrivere il catalogo dell'opere del Nifo, fatto dal Naudeo, ch'è il piu pieno, che infino ad ora si sappia. Egli si è il seguente.

Augustini Niphi Librorum omnium editorum Catalogus. Prima classis Commentariorum in Aristotelem, & Averroem.

Translatio, & expositio librorum Aristotelis de Interpretatione: Venetiis apud Octavianum Scot. 1537. *Parisiis apud Jo: de Roigny* 1551. *in fol.*

Commentaria in libros priorum analyticorum Aristotelis. Neapoli 1516. *Venetiis apud Hieron. Scot.* 1549. *apud Juntas* 1553. *in fol.*

Commentaria in libros posteriorum analyticorum. Parisiis apud Jacobum Kerver 1540. *Venet. apud Octavianum Scotum* 1553. & 1565. *in fol.*

Commentaria in octo libros Topicorum. Venetiis apud Octavianum Scot. 1533. & 1555. *Parisiis ap. Jacob. Kerver cum textu Græco, & Latino.* 1542. *in fol.*

Expositio in libros de sophisticis elenchis. Venet. apud Octavian. Scot. 1534. *Parisiis ap. Jo: Roigny* 1540. *in fol.*

Expositio, atque interpretatio in tres libros Aristotelis de Rhetorica. Venet. 1538. *in fol.*

Conversio in Latinum sermonem, & expositio librorum Aristotelis de physico auditu, recognit. cum scholiis in margine. Venet. 1519. *ibidem ap. Octavian. Scotū* 1543. & 1559. *ap. Juntas* 1552. *in fol.*

Traductio librorum quatuor de Cœlo, & Mundo, cum eorundem expositione. Venet. 1525. *ap. Scotum* 1540. & 1454. *ap. Juntas eodem anno in fol.*

Interpretationes, & Commentaria, itenque paralipomena, & dilucidationes in duos libros de Generatione, & Corruptione. Venet. 1526. *apud Octavian. Scot.* 1543. & 1550. *in fol.*

In quatuor Aristotelis libros Meteorologicos Comment. Venet. 1531. *apud Scotum* 1540. 1547. *cum ejus effigie, &* 1560. *in fol.*

Collectanea, & Commentaria in tres libros de anima. Venet. apud Octavian. Scot. 1522. 1549. 1559. *apud Juntas* 1544. *in fol.*

Commentarii in libros Aristotelis de Physiognomia, & de Animal. motu, juventute, & senectute, vita, & morte, &c. Venet. ap. Octavian. Scòt. 1523. *ap. Hieron. Scot.* 1550. & 1559. *in fol.*

In XII. libros de prima Philosophia expositio. Venet. ap. Hieron. Scotum 1547. *cum ejus effigie.* 1558. *in fol.*

In eosdem libros Metaphysicarum disputationum dilucidarium. Venetiis 1521. *in fol.*

In duodecimum Metaphysices Aristotelis volumen Comment. Venetiis ap. Octavian. Scot. 1518. *in fol.*

Expositiones in omnes Aristotelis libros de hi-

storia, partibus, & generatione animalium. Venet. ap. Hieron. Scot. 1546. in fol.

Commentationes in librum Averrois de Substãtia Orbis. Venet. ap. Octavian. Scot. 1508. 1519. 1546. cum ejus effigie. & 1559. in fol.

In duos libellos Averrois de animæ beatitudine Comment. Venet. ap. Octav. Scot. 1508. 1524. in fol.

Commentationes in Averrois destructiones destructionum contra Algazelem. Venet. ap. Octavian. Scot. 1517. in fol. & Lugd. cum Averrois operibus editis in octavo apud Scipionem de Gabiano.

Classis secunda Librorum, quos Niphus proprio Marte composuit.

De intellectu libri VI. & de Dæmonibus libri III. editi simul Venet. 1503. & ap. hæred. Octav. Scoti 1527. in fol

De immortalitate animæ adversùs Petrum Pomponatium. Venet. ap. hæred. Octav. Scoti 1518. 1524. in fol.

Averrois de mixtione defensio. Venetiis apud hæredes Octav. Scoti 1505. in fol.

De infinitate primi motoris quæstio : jungitur fermè semper Comment. in libros de Generat. & Corrupt., sed excusa sigillatim reperitur. Venetiis 1504. in fol.

Codicillus de sensu agente, editus simul cum Comment. in destruction. destruction.

De Artificiosa interpretatione somniorum, & de Prophetia libelli 2. subduntur Comment. in libros de Physiognomia, juventute &c.

De diebus criticis, seu decretoriis. Venetiis apud Pentium de Leucho 1505. apud Alexandrum Caledonium 1504. cum enunciatis de medicamentorum electionibus ap. Octavian. Scot. 1519. in fol. Argentorati apud Henricum Fabole in 8. & Marpurgi 1614. in 4.

De nostrarum calamitatum causis liber. Venet. ap. hæredes Octav. Scoti 1505. in fol.

Eruditiones ad apotelesmata Ptolomæi. Neapoli 1513. in fol.

De Figuris Stellarum Helionoricis. Neapoli 1520. in fol.

De verissimis temporum signis commentarius, Venet. ap. Hieron. Scot. 1550. in 8.

De falsa diluvii prognosticatione, quæ ex conventu omnium planetarum, qui in piscibus continget anno 1524. divulgata est, libri tres. Neapoli apud Jo: Pasquettum 1519. in 4. Bononiæ 1520. in 8.

De ratione medendi libri quatuor ad Curtium Sessa alumnum suum. Neap. ap. Matthæum Cancereno 1551. in 8.

Dialectica ludicra. Venetiis ap. Alexandrum de Burdonis 1521. in 8.

Epitomata rhetorica ludicra. Venet. per Philippum Pincium 1521. in 8.

De auguriis libri duo. Basileæ apud Hervagium 1534. Marpurgi, addito etiam tractatu de diebus criticis 1514. 8. Gallicè verò redditi per Antonium Molinqum. Lugduni in 8. & Parisiis 1566. in 16.

Prima pars Opusculorum in V. libros divisa. Venetiis apud Hieron. Scot. 1535. in 4. & Parisiis. 1645. in 4. Opuscula verò contenta sunt, de vera vivendi libertate libri 2. de divitiis liber 1. De hisqui in solitudine aptè vivere possunt liber 1. De sanctitate, & prophanitate. De misericordia liber 1.

De regnandi peritia libri 5. Neapoli 1523. in 4. Parisiis 1645. in 4.

De his, quæ ab optimis Principibus agenda sunt libellus. Florentiæ. 1521. in 4. Parisiis 1645.

De pulchro, & amore libri 2. Romæ 1531. in 4. Lugduni 1548. in 8. Lugduni Batavorum 1641. in 12. & Parisiis 1645. in 4.

De re aulica ad Phausianam. Neapoli 1534. in 4. Parisiis 1645. in 4.

Il Sandero nel secondo volume della sua Opera intitolata, *Flandria Illustrata*, nell' Auctario al primo tomo, a carte 64. mette la figura intagliata in rame di, *Prætorium de Autuiver in Paræcia de Hardoye Nobil. & Generosi viri D. Hieronymi Niphi, & D. Mariæ de Haen conjugum.*

Nel tempo, che scrisse il Sandero, cioè nel 1640. vivevano in Fiandra i descendenti del Nifo con ogni splendidezza; ed il simile probabilmente sarà adesso. L'istesso Sandero scrive a carte 66.

Augustini Niphi filius, & hæres Ferdinandus, patriam deserens in Belgium venit, ubi sub Catholico Monarcha contra hostes illius, & Romanæ Fidei mereret. Eum gregarium primà militem virtus egregiis facinoribus probata ad alta militiæ munia evexit. Factus Centurio, filium suum, pari præstantia ac fortitudine virum, Hieronymum Niphum signiferum habuit: qui etiam Patri Tesserario summo in legione Marcelli de Judici, jam constituto, in Præfectura patruæ cohortis successit. Multa passim per Belgium præclara gessit in exercitu Catholico Ferdinãdus, quæ quia historiam non scribo, hujus paginæ angustiis includere vereor, &c.

Quivi parla ancora il Sandero lunghissimamente, e con grandissime lodi di Agostino Nifo, scrivendo in un luogo,

Extant divina Augustini illius opera, quorum cùm aliqua ego nuper evolverem, adeo mihi jucunda, sapidàque eorum lectio fuit, ut dulcius me quidquam, tota vita, inter omnes Italiæ Scriptores (quanquam omnium pæne mellita sit dictio, summusque nitor, ac re exin judi-

judicium, ac profunda doctrina, quancumq; complecti cupias facultatem,) legisse non meminerim, &c.

Riferisce ancora, a *carte* 65, il Sandero il diploma onorevolessimo di Leon X. al Nifo, i due epitaffi fatti allo stesso Nifo da Monsignor Galeazzo Florimonte, e dall'ottimo Poeta Marco Antonio Flaminio; registrando molte, e curiose notizie intorno ad esso. Ed in somma egli è certo, che nel Naudeo, e nel Sandero si trovano le maggiori notizie intorno al Nifo, che trovar giammai si possano appresso altro Scrittore, che di Agostino Nifo abbia scritto.

ALBERTO ALDERISIO, di cui si parla a *carte* 6, compose, come quivi si dice, un Trattato de Contractibus &c. ora è da sapersi, che questo trattato è stato l'anno passato ristampato in Genevra, e'l titolo è il seguente:

Alberti Alderisii J. C. Tractatus de Symbolicis Contractibus in quatuor titulos divisus, In quorum I. tractatur de Symbolicis Contractibus in genere. II. de Locati, Conducti, Empti, Venditi, & Permutati Symbolicis Contractibus. III. de Societatis, Mandati, & Communionis Symbolicis Contractibus. IV. de Mutui, Depositi, Commodati, & Pignoris Symbolicis Contractibus. Cura, & studio Philippi Andreæ Oldenburgeri, J. C. Sacræ Cæsareæ, & Regiæ Majest. ut & Serenis. Ducis Wirtembergiæ Consiliarii, & in inclyta Genevensi Republica Jurisprudentiæ Publicæ, & Privatæ Professoris; cujus Præfatio ad Lectorem accessit, in qua etiam de Reformatione Corporis Juris agitur. Opus ex omni sui parte subtiliter excusum, nunc primùm è tenebris extractum, & in bono lumine collocatū, omnibus tā in Scholis, quam in utroq; foro versantibus, utile, & necessarium: tanquam à nemine usque adhuc non solùm tractatum, sed neque excogitatum. Cum duplici Indice, argumentorum scilicet, & materiarum. Genevæ sumptibus Jo: Hermanni Widerhold 1678. *in fol.*

Alla sua usanza l'Oldenburgero, *offert, dat, dicat, atque consecrat*, il detto libro a molti, e fra gli altri ad Antonio Magliabechi.

ALESSANDRO D'ALESSANDRO, di cui si parla a *carte* 6, non è diverso da quello Alessandro Napoletano, di cui si parla a *carte* 7; ove si scrive, che avesse questi stampata un'opera, il di cui titolo è:

Alexandri Jurisconsulti Neapolitani Dissertationes quatuor, de rebus admirandis, quæ in Italia nuper contingere, &c.

Questa opera stampata in Roma in 4. la quale ordinariamēte non si trova, contiene cose, che per lo piu si trovano per l'appunto ne' Giorni Geniali. Per esemplo, dove nelle quattro dissert. si parla *de Somniis, & de Laudibus Juniani Maii*, se si leggerà il cap XI. del primo libro de' Giorni Geniali, si troverà c'ha per titolo:

Miracula de Somniis apud nōnullos cognita, & comperta, & quæ ipse expertus fui.

Ed a carte 43. si leggono le lodi di Giuniano Majo, ove si scrive:

Junianus Majus Conterraneus meus, Vir benè litteratus, in exquirendis, adnotandisque verborum, & sententiarum viribus, multi studii fuit; & præter quamquod in erudiendis juvenculorum animis, imbuendisque doctrina pueris castigatissimæ disciplinæ; somniorum quoque omnis generis ita verus conjector fuit, ut ipsius responsa, divina ferè monita haberentur. Ad eum memini, cùm puer adhuc essem, & ad capiendum ingenii cultum frequens ad eum ventitarem, quotidie somniantium turbam, hominesque celebri fama, & multi nominis, de somniis consultum venisse. Declarabat, definiebatque ille, non breviter, aut subobscurè, ut plerique, sed expositè, atque apertè, ænigmata somniorum, sive boni, sive mali prænuncia: ita aptè, ut judicium factum a veridico diceres. Multi quoque illius monitu vitæ interitum, nonnunquam ægritudines vitarunt, &c.

Si tralascia di copiare il restante, che quivi puo vedersi. In oltre, se nelle quattro Dissertat. si parla *De quibusdā ædibus, quæ Romæ infames sūt ob frequētissimos Lemures, & terrificas imagines, quas Author ipse, singulis ferè noctibus in Urbe expertus est*: Ne' Giorni Geniali al cap. 23. del lib. 9. carte 774. e 775. si legge appunto l'istesso. Il detto Capitolo ha per titolo: *Quæ ipse dictu admirabilia de umbrarum figuris noctibus singulis Romæ expertus fui.* Si tralascia di copiare il capitolo per isfuggire la lunghezza, oltre che nemeno è necessario.

Questo, che si è scritto basta a far conoscere, che Alessandro Napoletano Dottor di Legge sia l'istesso ch' Alessandro d'Alessandro Napeletano Dottor di Legge ancora, ed Autor de' Giorni Geniali.

In oltre, i sei libri de' Giorni Geniali di questo Scrittore, sono stati stampati, e ristampati molte, e molte volte; e vi fatigò sopra di essi, e scrisse eruditamente il Tiraquello, e fecevi anche le note il Colero, e'l Gottofredo.

Molte edizioni ce ne sono senza i Semestri del Tiraquello; ma delle moltissime edizioni, si registreranno i titoli di due edizioni solamente, delle quali stimasi neces-

sario far menzione in questo luogo. E la seguente è la prima, o delle prime:

Alexandri de Alexandro Dies Geniales. Ne quis opus excudat denuo infra septennium, sub diris imprecationibus, Apostolica autoritate, interdictum est. in fol. In fine vi si legge. *Romæ in ædibus Jacobi Mazochii Rom. Academiæ Bibliopolæ. Anno Virginei partus* 1522. *Kalend. April. Pontif. S. D. N. de cujus nomine Pontificali adhuc non constat Anno primo.*

Dell'altre col Tiraquello &c. La seguente è una delle migliori

Alexandri ab Alexandro Jurisperiti Neapolitani, Genialium Dierum libri sex. Illustrati, & locupletati Semestribus eruditissimis, & planè jucundis Andreæ Tiraquelli in Curia olim Parisiensi Senatoris amplissimi. Cui accessit auctarium variarum Notarum, atque observationum, & pensiculata recognitio Christophori Coleri Franci. Et Index Capitum rerum, & verborum uberrimus. Opus multijuga eruditione refertum: Promptuarium Antiquitatis instructissimum. Francofurti ex Officina Typographica Nicolai Baßæi 1594. *in fol.*

Scrive il Colero a' Lettori.

Ne tibi fucum faciam, aut alienæ mercis institores imitari videar, cautio est mi Lector. Quod igitur ad hæc spicilegia attinet, quæ ad primum librum, & prima duo vel tria secundi libri capita, post Tiraquellum adnotata invenies, ea non a me, sed à Dionysio Gothofredo J. C. clarissimo esse scito. Is omnino absoluturus erat cœptum laborem, nisi de subitò ad sua negocia Lutetiam proficiscēdum ei fuisset. Sensit hoc Typographus (cœperat jam ista Gothofrediana imprimere,) ac damnum sibi, & injuriam injungi, questus est, nisi reliqui quinque libri eodem modo castigentur. Ego cœptum illud pertexui lubens. Ita Gothofredum, mihi amicum, culpa; illum malo liberavi. Vale.

Di tanti, e tanti, che parlano di questo Scrittore, e' quali, per brevità, si tralasciano, non è da tralasciare parte di quel, che si legge nella maggior parte dell'Edizioni de' Giorni Geniali, quivi

Quæ de Auctoris Vita ex hisce Commentariis colligere licuit.

De Alexandro hoc, nihil a recētionibus βιογράφοις scriptum cōperitur; cùm tamen eorū tēpore vixerit, quorum vitæ à diversis cōscriptæ sunt, nimirum Franc. Philelphi, Georg. Trapezuntii, B. Platinæ, Joviani Pontani, Theodori Gazæ, Nicolai Perotti, Dom. Calderini, Hermolai Barbari, Pauli Cortesii, Raphaëlis Volaterani, quos partim Romæ prælegentes audivit, partim officiò sibi devinxit, partim etiam quæstionibus propositis (ut fieri solet inter doctos) exercuit. Philelphum juvenis senem observavit, illumq; Romæ M. T. Ciceronis Tusculanas Quæstiones summo artificio prælegentem audivit. Nicolaū Perottum, & Dom. Calderinū scribit sua ætate Martialis apophoreta magna æmulatione Romæ in scholis eodē tēpore prælegisse. Professione fuit Juriscōsultus, in qua eò usque progressus est, ut in Agro Neapolitano, & Romæ causas sæpe defenderit: ubi & ædes ostentis umbrarumque illusionibus infames se aliquando incoluisse scribit; ac in Agro Vaticano prædiolum habuisse. Tandem ubi in judiciis gratia, & corruptionibus omnia transigi videret, patronisque contra vim potentiorum nihil amplius præsidii esse: relicto foro, & causarum actionibus, in mitioribus studiis ætatem consumpsit: satius esse ducens, ut ipse dè se inquit, modico civilique cultu contentum vivere, quam bona animi turpi quæstu pessimo exemplo fœdare.

Dedica Alessandro d'Alessandro i suoi Giorni Geniali ad Andrea Aquaviva Duca d'Atri. Nel libro 6. cap. 16. scrive di se stesso l'Alessandro:

Demirabatur aliquādo Hieronymus Massainus, vir multæ eruditionis, & in studiis bonarum artium non minùs, atque in rerum actionibus versatus abundè, cur quum plurimos futiles, & ignavos ad honores, & Sacerdotia promotos, magnosque, & opulentos quotidiè videat, me tamen ipse in eadem fortuna, eodemque semper tenore aspiceret, cui mercedem laborum, studiorumque deberi putaret.

Si tralascia il restante, e la ragione, che da l'Alessandro al Massaino, potendosi quivi leggere il tutto.

Tobia Magiro, a carte 12. del suo Eponimol. Critico, scrive d'Alessandro d'Alessandro:

Alexander ab Alexandro Jurisperitus Neapolitanus, Genialium Dierum Auctor, Operis multijuga eruditione referti, & Promtuarii antiquitatis instructissimi.

Cento, e mille altri ne parlano con lode, che si tralasciano per brevità. Ma viene egli censurato da molti, che non citi gli Autori, de' quali si serve; e tra gli altri il Cardinal Bona nella Notizia degli Autori, e libri, che cita, nel suo Trattato de *Divina Psalmodia*, scrive

Alexandri ab Alexandro I. C. Dierum Genialium opus omni antiquitate, & eruditione refertissimum. Improbant in eo Critici, quòd Auctores dissimulat, per quos profecit.

Il Barclajo Padre *contra Monatchomachos*, citato dal sudetto Magiro.

Alexandro ab Alexandro malus perpetuò mos est, nullam suis Doctoribus gratiam referre, nullum inquam laudare Auctorem, nec fontes, unde sua hauserit collectanea, indicare.

Giro-

Girolamo del Negro però ne parla con maggior libertà, o per dir meglio, con maggior livore, scrivendo nella forma, che siegue a Marc'Antonio Micheli in una sua lettera scritta di Roma a dì 26. Giugno 1522. che fu in tempo, ch'uscì il libro de' Giorni Geniali.

Quel libro d'Alessandro degli Alessandri è intitolato Dies Geniales, a similitudine delle Notti Attiche d'Aulo Gellio, e de' Saturnali di Macrobio; cose cavate di quà, e di là. Ed in vero ha molto del Napoletano, con sopportazion del Sannazaro parlando. Vendesi sei carlini, al parer mio troppo caro.

Fu gran livore in vero il parlare in sì fatta guisa d'huomo tanto erudito.

ALFANO PRIMO, di cui si parla a *carte* 9, vien celebrato da Pietro Diacono, nel libro quivi citato, il quale al cap. 19. a carte 53, 54, &c. scrive così.

Alphanus Salernitanus Archiepiscopus, & Casinensis Cœnobii Monachus, vir in Scripturis Sanctis eruditus, & notitia Ecclesiasticorum dogmatum ad plenum instructus. Composuit nudo, & lucidissimo sermone passionem Sanctæ Christinæ. Hymnos præterea de cadem Virgine duos De Sancto Benedicto versus ad Pandulphum Marsorum Episcopum. Cantus S. Sabinæ. Versus S. Christinæ, S. Petri Apostoli. In laudem Monachorum Casinensium. De situ, constructione, ac renovatione ejusdem Cœnobii. Metrum Sapphicum Hendecasyllabum de Sancto Mauro. Item ejusdem hymnos. De S. Matthæo hymnos tres. De Sancto Fortunato duos. De S. Nicolao. Ad Attonem Episcopum Theatinum. Ad Gisulphum Principem Salernitanum. Ad Sigismundum Monachum Casinensem. Ad Guilelmum ejusdem loci Grammaticum. Ad Guidonem Fratrem Principis Salernitani. Ad Goffridum Aversanum Episcopum. Ad Hildebrandum Archidiaconum Romanum. Ad Romualdum Causidicum Salernitanum. Ad Roffridum Monachum Casinensem metrum heroicum in honorem Sanctorum duodecim Fratrum. Confessionem metricam ejus. Versus de Ecclesia S. Joannis Baptistæ in Casino. Epitaphia quamplurima virorum insignium, & alia; quæ in nostram notitiam non venerunt. Fuit autem temporibus supradictorum Imperatorum. Sepultus verò est apud Salernum.

Al detto luogo di Pietro Diacono fa Gio: Battista Maro le seguenti Annotazioni.

Alphanus Salernitanus, primò Monachus Casinensis, deinde postulatione Gisulphi Principis Abbas Monasterii S. Benedicti Salerni, & postremò ejusdem Civitatis Archiepiscopus renunciatur.

Anno Domini 1057. interfuisse eum legitur Concilio Romano sub Nicolao II. scientiæ tanto lumine cum sanctitate conjuncto præditus dicitur, ut illius seculi hominibus pro miraculo fuerit Philosophus, Theologus, & Orator celeberrimæ opinionis, poeticæque artis disertissimus. Neque enim alienum ab Episcopi dignitate exstimandum, quòd in Dei laudibus Poeticam maximè adhibuisset, cùm & Paulus Gentium Doctor hymnis, & canticis Deum celebrari jubeat; nec jam inde ab initio nascentis Ecclesiæ exempla defuerunt, quo in numero familiam ducunt Damasus Pontifex, Nazianzenus, Damascenus, Paulinus, Fortunatus, Prosper, Sidonius, cæterique Præsules. Lucubrationes, quas notavit noster Petrus, editæ habentur apud V. Cl. Ughellum in calce tomi 2. Italiæ Sacræ, demptis Versiculis, quos scripsit in laudem Romualdi Causidici, & Sigismundi Monachi Casinensis, quos m. s. servamus.

Insuper exaravit Alphanus, præter recensita, quædam insignia profundi sensus opuscula, videlicet. De Unione Verbi Dei, & hominis librum unum. De unione Corporis, & Animæ librum unum. De quatuor humoribus corporis librum unum. Extabant prædictæ doctrinæ consummatissimæ monumenta in Casinensi Bibliotheca m. s. in pluteo 8. ad sinistram; num verò hodie, non dum comperimus, quamvis illa cum diligentia ab antiquitatum Ecclesiasticarum indagatoribus perquisierimus. Passio Sanctorum Martyrum duodecim Fratrum Beneventanorum, licet non una die sint passi, quam metro heroico in honorem dictorum SS. scripsit ad Fratrem Roffridum Casinensem Monachum, legitur apud Lippomanum tom. 4. & Surium tom. 5. sub die 1. Septembris, cujus etiam mentionem facit Galesinus in notis ad Martyrolog., servaturque etiam m. s. in nostro tenui literario penu.

Notandum tamen est quod non solùm ex isto nostro m. s. exemplari versus editi emendantur, verùm etiam ex aliis centum versibus hactenus ineditis metrum heroicum suppletur. Sequitur enim

Sic sacra tẽporibus sanctorũ corpora multis, &c.

Terminatur sic.

Jam sistat opus milleno carmine clausum.

Historiam prædictam ad fidem dicti m. s. Codicis correctam, omnibusque numeris absolutam, Deo dante, evulgabimus. Commentatus quoque est de aliis Sanctis, quæ Trithemio præterita Possevinus recenset. Aliorum librorum, & carminum libri unà cum epithaphiis partim excusi sunt in tertio tomo Poematũ Prosperi Martinengi in 4. Romæ ann. 1589. & in Annal. Card. Baronii tom. 12. partim verò in calce tomi 2. Italiæ Sacræ. Inter opuscula Graiferii Salernitani Monachi Casinensis Cod. sign. n. 280. Biblioth. Casinen. cuncta Alphani Poe-

Poemata intexta nunc habentur. Claruit Alphanus velut sol cunctis fulgidus, virtutis exempla, felicitatisque tramitem subditis præmonstrans ultimis Henrici III. ac primis Henrici IV. tẽporibus anno scilicet Domini 1057. usque ad annum 1086. post vigesimum nonum annum sui Præsulatus mense Maii, qui etiam fuit inter sanctos relatus, inquit Arnoldus Wien. Hinc corrigendum Falconis Chronicon editum à viro clar. Ant. Caracciolo, in cujus indice hæc leguntur. Alphanus Archiepiscopus Salernitanus obiit anno 1121. succedente sibi Romualdo Chronici Scriptore Falco 220. Fuit auctor Poematum, quæ servat Bibliotheca Vaticana, & testatur Baronius tom. 12. ad annum 1111. Diversus est ab Alphano illo seniori, qui consecratus est Archiepiscopus anno 1058. de quo Leo Ostien. lib. 2. cap. 99. 100. Noster enim Alphanus, qui Auctor est Poematum fuit electus, & consecratus Archiepiscopus Salernitanus à Stephano Papa X. anno 1058. non autem senior Alphanus. Clarè docet Leo Ostiens. in Chron. lib. 2. c. 97. ac etiam lib. 3. cap. 7. 8. & 35. Adi Vossium de Histor. Lat. in Alphano.

AMATO Monaco dell' ordine di S. Benedetto, il quale poi fu Vescovo, si registri a *carte* 10. dopo Altobello Gagliato. Pietro Diacono, *de Viris Illustribus sacri Casinensis Archisterii*, dato in luce, ed illustrato colle Annotazioni di Gio: Battista Maro, a carte 57, cap. 20, del detto Amato scrive:

Amatus Episcopus, & Casinensis Monachus in Scripturis disertissimus, & verificator admirabilis, scripsit ad Gregorium Papam versus de Gestis Apostolorum Petri, & Pauli, & hos in quatuor libros divisit; fecit & de laude ejusdem Pontificis, de 12. lapidibus, & de Civitate Cælesti Hjerusalem. Historiam quoque Nortmannorum edidit, eandemq; in lib. VIII. divisit. fuit autem temporibus supradictorum Imperatorum.

Al detto luogo nelle Annotazioni scrive il Maro:

Fuit Amatus è Provincia Cãpania Scriptor sui temporis non contemnendus, ac deinceps Episcopus, incertæ tamen sedis. Scripsit ad Gregorium VII. Papam de Gestis Apostolorum Petri, & Pauli. Historiam Nortmannorum dicavit Desiderio Abbati, qui fuit Victor Papa III. Testis est noster Petrus Diaconus in Auctar. Chron. Casin. lib. 3. c. 35. illamque hodie non extare nisi m. s. in Casin. Biblioth. affirmant aliqui non exiguo sanè historiæ Ecclesiasticæ, & prophanæ bono; cùm in ea multa scitu digna accurateque scripta legantur; præcipueque verò Nortmannorum ritus, & res gestæ fideliter exaratæ explicentur. Animadverterũt enim curiosi exteros ferè accuratiùs, quàm incolas gentis cujusque mores, ritus, antiquitatem, & observasse, & litteris mandasse &c. Vivebat Amatus anno Domini 1070. sicuti per ea tempore inter Casinates sanctitate, & litteris etiam florebant Albericus, Constantinus, Graiferius, & Alphanus.

AMBROGIO LEONE Nolano, di cui si parla a *carte* 11, compose la sua opera grande, il di cui titolo si registri nel modo, che siegue, cioè si registri il titolo de' libri, non quello che si legge nella prima pagina dell' Opera.

Ambrosii Leonis Nolani Marini filii Castigationum adversùs Averroem ad Augustissimum Leonem X. Pontif. Max. Liber I. in ea, quæ super Prædicamentis ille dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber II. in ea, quæ super libro primo Peri Hermenias dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber III. in ea, quæ dixit super II. Peri Hermenias.

Castigationum adversùs Averroem Liber IV. in ea, quæ super II. Peri Hermenias dixit.

Castigationum adversùs Averroem liber V. in ea, quæ super libro primo Priorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber VI. in ea, quæ super libro I. Priorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber VII. in ea, quæ super libro I. Priorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber VIII. in ea, quæ super libro I. Priorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber IX. in ea, quæ super libro II. Priorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber X. in ea, quæ super libro II. Priorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber XI. in ea, quæ super libro II. Priorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber XII. in ea, quæ super libro II. Priorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber XIII. in ea, quæ super libro I. Posteriorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber XIV. in ea, quæ super libro I. Posteriorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber XV. in ea, quæ super libro I. Posteriorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber XVI.

XVI. in ea, quæ super libro II. Posteriorum dixit.

Castigationum adversùs Averroem Liber primus in ea, quæ super libro I. Naturalis Auscultationis dixit.

E per sei libri seguita nell'istessa maniera, cioè sempre *in ea, quæ super libro primo Natur. Auscult.* E poi

Castigationum adversùs Averroem liber VII. in ea, quæ super libro II. Naturalis Auscultationis dixit.

E per sette libri seguita nell'istessa maniera, cioè sempre *in ea, quæ super secundo libro Natur. Auscultat.* E poi

Castigationum adversùs Averroem liber XIV. in ea, quæ super libro III. Naturalis Auscultationis dixit.

E per sei libri seguita nell'istessa maniera, cioè sempre *in ea, quæ super libro tertio Natur. Auscult.* E poi

Castigationum adversùs Averroem liber XX. in ea quæ super libro IV. Naturalis Auscultationis dixit.

E per undici libri seguita nell'istessa maniera, cioè sempre *in ea, quæ super libro quarto Naturalis Auscultationis*; cioè fino alla fine dell'Opera, leggendovisi.

Finis libri XXX. atque hujus quartæ Operis partis, in qua Castigationes in ea, quæ super Logicis, atque super quatuor libr. Naturalis Auscultationis ab Averroe dicta sunt, continentur.

L'edizione di questa Opera è dell'anno 1517. come si vede in fine dell'Opera, dove si legge.

Hoc opus excus. est Venetiis à Bernardino, atque Matthia de Vitali Venetis Fratribus; nomine verò, & ordine ingenui juvenis Camilli Leonis Nolani Philosophiæ studiis incumbentis. Mensis Septembris die XXV. anni post Dominum Jesum MDXVII. sub Leonardo Lauredano Principe Serenissimo.

Cammillo Leone Nolano, figliuolo dell'Autore, in una lettera a lettori, che si trova in fine dell'Opera, promette di voler dare in luce altre parti della medesima Opera, le quali però non ho vedute.

Nella Dedicatoria a Leone Decimo confessa l'Autore d'essere stato scolare del dottissimo Musuro. Ed ecco le sue parole.

Quibus in studiis veluti etiam in aliis cunctis sæpissimè consuluimus, admisimusque prudentiam, ac authoritatem R. Domini Marci Musuri Cretensis Amici, Præceptorisque nostri: virique ut in utroque litterarum charactere doctissimi, facundissimi, clarissimique, ita rerum omnium cognitione, & scientia præstantissimi &c.

Il titolo del libro *de Nola* è il seguente intero, e giusto del libro, il qual titolo in parte ha del ridicolo.

De Nola Opusculum distinctum plenum clarum doctum. pulchrum verum grave & utile. in fol. Ambrosii Leonis in libellos de Nola Patria ad Henricum Ursinum Principem justissimum præfatio. Incussum est hoc opus opera, diligentiaque probi viri Jo: Rubri Vercellani. Venetiis anno salutis MDXIIII. Septembris verò die IIII. sub Leonardo Lauredano Duce sapientissimo.

Fu il detto libro ristampato a carte 875. &c. dell'Italia Illustrata stampata in Francofort in foglio l'anno 1600.

Lo Spachio a carte 2. del suo Nomenclatore degli Scrittori Filosofici, e Filologici trasforma questo Opuscolo, de Nola, in una altra cosa diversissima, scrivendo.

Ambrosii Leonis Nolani Opuscula, de Pleno, claro, docto pulchro, vero &c. Venetiis apud Jo: Rubrum 1514. *fol.*

Questo fa conoscer chiaramente, che bisogna guardarsi di fidarsi di questi Collettori, ma egli è necessario il vedere i libri in fonte.

Si registri ancora il seguente libro, il quale si trova registrato nella Biblioteca del Gesnero a carte 32. ove si legge.

Ambrosius Leo Nolanus scripsit Opus quæstionum tum aliis plerisque in rebus cognoscendis, tum maximè in Philosophia, & Medicina scientia. Impressum Venetiis 1523. *in fol.*

Quivi l'istesso Gesnero chiama il libro delle Castigazioni contro Averroe: *Magnus, ac totius Philosophiæ thesaurus.*

Tralasciando Leandro Alberti, e diversi altri, che parlano di questo Autore con molta lode, non si tralascia di dir però, che il Vossio, a carte 679. del terzo libro de Historicis Latinis, chiama Ambrogio Leone Nolano: *Vir Latinè Græceque doctissimus, Philosophus idem, ac Medicus insignis.*

Non è da tralasciare, comechè molte cose si tralascino intorno al Nolano, di far menzione della lettera che'l Nolano scrive ad Erasmo, e della risposta di Erasmo. Nel decimo libro addunque delle lettere di Erasmo, a carte 530. è una lunga lettera di Ambrogio Leone Nolano, ch'è la 28. scritta ad Erasmo, ed a carte 531. è la risposta; e da queste due lettere si vede, che fù grande amico Ambrogio Leone dell'eruditissimo Erasmo, il quale fra l'altre cose gli scrive.

Erasmus Roterod. Ambrosio Leoni insigni Medico S.D.

Quominus expectatæ venerunt tuæ litteræ, Ambrosi doctissime, hoc mihi plus voluptatis attulerunt. Sic enim mihi totam illam nostræ consuetudinis memoriam renovarunt, ut eas

legens apud Venetos mihi viderer agere, veteres amicos meos tueri coram, & amplecti, Aldum, Baptistam Egnatium, Hieronymum Aleandrum, Marcum Musurum, te cum primis amicorum omnium suavissimũ. Agnosco lepidissimos tuos mores in Epistola tua, quæ tota jocis, ac salibus scatet. O te felicem cui contigerit in pulcherrimis studiis, & in Urbe facile omnium magnificentissima, inter patricios, & eruditos viros consenescere, &c.

Dopo alcuni periodi soggiugne

Expectamus avidissimè fœtus istos, non solùm Leone dignos, ut tu vocas, verùm etiam Ambrosio dignos, ut non minus habeant jucunditatis, quàm roboris, & Nestorem illum Homericum mellita facundia scatentem nobis referant. Piè tu quidem, quòd Nolam Patriam tuam illustras, cui quondam Maro Noster famam invidebat. Atque utinam prodisset ingens illud opus adversùs Averroem impium κὶ τρὶς κατάρατον. De Problematis rerum naturalium, quod opus jam olim habebas in manibus, admiror te nihil meminisse, nec de Græcis litteris quidem, quas jam canescens, & tamen feliciter amplexus es, gravi exemplo, ne posthac quisquam desperet adolescens.

Si tralascia il restante, e solamente si accenna, ch'era tanto la stima, che Erasmo faceva di Ambrogio Leone Nolano, che 'l prega infino a nominarlo nelle sue Opere.

ANDREA ARGOLI nato in Tagliacozzo, padre di Giovanni Argoli, di cui si parlerà a suo luogo, si registri *a carte* 11. dopo ad Amico Agnifilo. Fu egli Matematico, ma particolarmente versato nella Astrologia: & essendosi ritirato in Vinegia, dove egli stimò di poter vivere quieta, e sicuramente, e di non aver da soffrire piu quelle contrarietà, ch'altrove avea sofferto, o per ragion de'suoi studi, o della sua libertà nel parlare; quivi fu eletto per Maestro delle Matematiche discipline nello studio di Padova. Compose molti libri, de'quali gli stãpati sono i sequenti.

Tabulæ primi mobilis, quibus veterum rejectis prolixitatibus, directiones facillimè componuntur.

Isagag. & Canones absolutissimi, præcepta omnia Astrologiæ complectentes.

Ephemerides ad longitudinem almæ urbis Romæ ab anno 1621. *ad ann.*1640.*ex Prunéticis tabulis supputatæ.*

Astronomicorum libri tres.

Novæ cælestium motuum Ephemerides ad longitudinẽ almæ urbis Romæ ab anno 1620. *ad* 1640. *ex Pruneticis tabulis supputatæ.*

Problemata Astronomica.

De Diebus Criticis.

L'Opere manoscritte sono.

Tabulæ secundorum mobilium.

Practica Medicinalis.

De novis stellis nostro aevo genitis, aliisque phaenomenis.

Commentaria in libros quatuor Ptolemaì cum textu græc. & latino.

Ephemerides Tychonicæ ab anno 1580. *ad* 1620.,*& ab* 1620.*ad* 1640.

Ephemerides Copernicææ ab anno 1640. *ad* 1660.

Catholicæ, & probatæ Astronomiæ epitome.

Pantosion sphæricum.

Ptolemæus parvus.

Queste sono l'opere così stampate, come manoscritte di Andrea Argoli, secondo si trovano ancora registrate negli elogj degli huomini Letterati scritti da Lorenzo Crasso alla parte 2.a carte 273. Egli è vero però, che l'Abate Chilini nel Teatro degli huomini letterati, al volume secondo, a carte 15.tra le opere manoscritte dell'Argoli annovera ancora i Commentarj negli elementi di Euclide.

ANDREA GENVZIO, di cui si parla *a carte* 13.compose quel libro intitolato *Il Re Diosino*, e non *Dionisio* come quivi si legge. E diviso tal libro in quattro parti, quantunque a dette carte 13. non si faccia menzione se non di due, cioè della terza, e della prima solamente.

ANDREA GVARNA, di cui si parla *a carte* 13.compose quell'Opuscolo intitolato *Bellum Grammaticale*, il quale essendosi stampato, e ristampato ben mille e mille volte, uopo non è perciò di ricorrere al Gesnero. Oltre all'esserci, come si è detto, molte edizioni del detto Opuscolo, si è ancora ristampato nell'*Amphitheatrum Sapientiæ Socraticæ jocoseriæ*, a carte 673.del primo tomo. Si è ancora ristampato in fine de'libri di Mario Corrado *de Copia Latini sermonis*. Stimasi, che per errore, nell'*Amphitheatrum Sapientiæ Socr.* jocos. sia chiamato il Guarna *Patritius Cremonensis*, in vece di *Salernitanus*. In oltre nella medesima edizione hanno anche levata via la lettera dedicatoria del Guarna al Cesio.

ANDREA MATTEO AQVAVIVA, di cui si parla *a carte* 14. vien celebrato non solamente dal Minturno, e dal Giovio, come quivi si scrive; ma da molti, anzi infiniti Scrittori; sì per esser egli stato egualmente buon Letterato, e buon Soldato, come per aver grandemente i Letterati favorito. Il Pontano dedicandogli i suoi due libri *de Magnanimitate*, tra l'altre cose, gli scrive a carte 227. *Nam,*

Nam, & ipse sic bonarum artium studiis dedisti operam, ut equestribus tamen copiis, diversis etiam in bellis non semel fortiter, simulprudenterque præfueris, & militare decus, ac belli gloriam ita es assecutus, ut Philosophia, cæteræque artes bonæ, te & Authore, & Magistro glorientur. Et seni jam mihi, atque annos plurimos maximis in rebus agenti, gloriari etiam liceat, vidisse tandem Principem Virum, & in mediis philosophantem belli ardoribus, & Philosophorum inter libros, naturæque ratiocinationes tractantem Ducum artes, muneraque Imperatoria, utrunque cum dignitate, neutrum sine suo & decore, & laude. Itaque cùm nec armatum te verear offendere de hominum moribus, deque virtute disserens, nec versantem libros, non vel summopore delectare, mitto ad te quem proximis noctibus elucubravi de Magnanimitate librum &c. Tu ita quidem leges, ut qui eum sis recogniturus &c.

Gli dedica eziandio il Pontano il suo primo libro *de Rebus Cælestibus*, scrivendo in fine della Dedicatoria, o proemio, a carte 97.

Hortatu autem tuo effectum est, Andrea Matthæe, ut rem supra viginti annos intermissam Regias ob administrationes, rerumque, (ut scis) maximarum curam, senex jam, & annis confectis, ac curis, profligata Gallorum incursu, bellicisque impressionibus magna è parte re familiari, exutusque ipse honoribus, quos maximo labore, summa integritate, ingentibus periculis, meo tantùm unius ingenio, propriisque animi viribus mihi comparaveram, eam nunc ex integro susceperim, potiùs quàm resumpserim.

Avendo dedicata l'Autore la detta Opera ad Andrea Matteo Aquaviva, stimò conveniente il dedicargliela anche Pietro Sūmonte; il quale nella lettera il loda grandemente, onde qui si trascrive una particella solamente di detta lettera.

Et si statueram, editis jam Pontani Carminibus, ac dialogis, eos deinceps, quos ille de Philosophia scripsisset libros potissimùm edere. Tamen cùm à Syncero, ac Puderico nostro nuper essem admonitus, te præter egregias alias tum pacis, tum belli artes, quibus ipse a puero floruisti, Astrologiæ quoquæ studio mirificè delectari, mutavi sanè libenter consilium, ut ad eam conversus, tibi præcipuè gratificarer. Cui sive ob antiquam generis nobilitatem, sive integritatem vitæ, raramque illam (ut alia omittam) animi mansuetudinem, nihil omnino est, quod ab omnibus non debeatur. Valent enim hæc (ut scis) plurimum ad benevolentiam conciliandam; quæ ut vehementior sibi exhibeatur, illud est etiam in causa, quod ex Principibus Viris, ac Regulis nostri temporis, quos quidem colere ipso dignitatis jure solemus, aut nulli omnino, aut perpauci sint, tantum ab antiquorū institutis degeneravimus, quos æquè ac te litterarum studia commendent. Ut mirum non sit, si præter multa fortunæ ornamenta, plurimaque animi bona, quibus abundè clarus, atque omnibus carus es, litterarum quoque, ac doctrinæ forma ad amoris, atque observantiæ cumulum tantam faciat accessionem. In illis nanque ita cupidè versaris, atque ita eas rebus planè omnibus anteponis, ut dicentem non semel multi audierint, si è duobus malis (quod longè absit) eligendum fortè minus esset, malle te cunctas simul opes, quam litteras amittere. O vocem generosam, o rarum nostro hoc tempore exemplum! &c.

L'istesso Pietro Summonte, nella dedicatoria a Jacopo Alfonso Ferrillo de' libri *de Fortuna* del Pontano, a carte 263. scrive.

Nam qui de Astrologia unà cum his de Fortuna, ac de Immanitate adhuc in obscuro latebant libri, ii Andreæ Matthæi Aquivivi, Hadriensium Ducis, benificio nuper sunt, ut scis, editi.

Il Sannazaro nel.2. lib. degli Epigrammi a carte 168 e 169.

De Andrea Matthæo Aquivivo.

Cernis ut exultet patriis Aquivivus in armis,
Duraque spumanti fræna relaxet equo?
Qui miteis illum Permessi hausisse liquores
Credat, & imbelles excoluisse Lyras?
Consurgunt niveæ fulgenti in casside cristæ:
At clypeus torvo Gorgonis ore tumet.
Macte animo, rigidū Musas qui stringere ferrū,
Qui Martem doctos cogis amare choros.
Hæc ducis est virtus, non uni insistere palmæ
Sed nomen factis quærere, & ingeniis.

L'istesso Sannazaro nell' istesso libro secondo, a carte 177.

De Andrea Matthæo Aquivivo Duce Hadriæ.

Mœsta Bituntinæ duxerunt otia Nymphæ,
Nec Faunis solitos exhibuere choros.
Scilicet optato quicquid sine Principe cernunt
Ingratum est, tantus Principis urget amor.
Nec satis est positis arcum sprevisse sagittis,
Questubus, & totos continuasse dies:
Ast etiam nostris faciunt convicia terris:
Et nos Syrenas, Lotophagosque vocant.
Vera loquor: Divæ veniam date vera loquenti:
Non amor hic certè, sed magis invidia est.

Nell' Elegia *in maledicos detractores* a carte 106.

Extendatque armis titulos Aquivivus avitos,
Et doceat nostras cernere castra Deas.

Alessandro ab Alessandro gli dedica i suoi giorni geniali, e nella dedicatoria il loda grandemente.

L'Atanagi nella dedicatoria delle Poe-

sie di Bernardino Rota all'Illustrissimo Signor Gio: Girolamo Acquaviva, fra l'altre cose, gli scrive.

Due errori si hanno da emendare in queste poche parole: il primo che di un sol libro non se ne faccin due; imperocchè l'opera *de Arcanis Catholicæ Veritatis*, e'l Dialogo, stampato in Ortona a mare nel 1518., è l'istessa cosa. Il secondo di non far commettere un simile errore al Gesnero, nella cui biblioteca, comechè ci siano alcuni errori; nientedimeno non è possibile, c'habbia commesso questo, che se l'attribuisce, cioè di un sol libro averne fatti due; perchè il libro del Galatino uscì in luce nel suo tẽpo, ed avendo acquistato fama appresso a'dotti, non ci è dubbio, che il Gesnero e come dotto, e come curioso l'avesse non solamente voluto vedere, ma eziandio leggere accuratamente. E veramente il Gesnero ne meno si sognò di scrivere quello, che se l'attribuisce, il che si puo vedere leggendosi a carte 549. della sua biblioteca intera, che si conoscerà chiaramente, che non solamente esso non scrive un tale errore, ma che in oltre egli aveva letta l'opera del Galatino.

Nõ si debbono tralasciare di registrare quì alcune curiosità intorno al medesimo scrittore, le quali forse saranno grate a'lettori.

Il titolo intero della prima edizione della menzionata opera è il seguente.

Opus toti Christianæ Reipublicæ maximè utile, de arcanis catholicæ veritatis, contra obstinatissimam Judæorum nostræ tempestatis perfidiam: ex Tamuld, aliisque Hebraicis libris nuper excerptum, & quadruplici linguarum genere eleganter congestum.

In principio della prefazione si legge.

Religiosi viri Petri Galatini Ordinis Minorum, Artium & Sacræ Theologiæ Doctoris, & Reverendissimi Domini D. L. Puccii Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli sanctorum quatuor Coronatorum Presbyteri Cardinalis familiaris, Opus de Arcanis Catholicæ Veritatis, in Hebraicis libris, præsertim in Tamuld inventis, in defensionem præstantissimi viri Jo: Capnionis, & adversùs Judaicam nostri sæculi obstinationem, Dialogo editum, atque invictissimo Maximiliano Cæsari semper Augusto dicatum. Collocutores: Galatinus, Capnio, Hogostratus.

In fine dell'Opera si legge.

Peractum est (divina opitulante gratia) opus de Arcanis Catholicæ Veritatis, ex Judaicis codicibus nuper excerptum, atque invictissimo Maximiliano Cæsari semper Augusto dedicatum, Barii, Anno Virginei partus 1516. *pridie nonas Septembris, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Leonis X. Anno quarto, regnantibus Serenissimis utriusque Hesperiæ Regibus, Joanna, & Carolo ejus filio, virtutum omnium cultore, & alumno: auspicio Reverendissimi D. Laurentii Puccii, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ tituli SS. quatuor Coronatorum Presbyteri Cardinalis, favente Ill. Isabella de Aragonia, Mediolani ac Barii Duce.*

Impressum verò Orthonæ Maris summa cum diligentia per Hieronymum Suncinum, Anno Christianæ Nativitatis 1518., *quintodecimo Kalendas Martias. Ubi sacratissimæ reliquiæ Divi Thomæ Apostoli, in preciosissimo monumento, ex lapide onychino exciso, honorificentissimè reconditæ integræ, atque indivisæ quiescunt, ut Sancta Brigida in revelationibus sibi divinitus factis attestatur. Quas ego reliquias & oculis videre, & manibus attrectare merui, &c.*

Vi è un epigramma in Lingua Ebrea in lode del libro, e dell'autore: un altro epigramma medesimamente in lode dell'autore, e del libro, anche in Lingua Ebrea, di Mosè Aron, e alcuni versi d'Isac Spagnuolo. Vi è eziandio una breve lettera al lettore di Giorgio Benigno de'Salviati, Arcivescovo Nazareno, nella quale si legge.

Quàm veridicum sit candide lector, quantæque autoritatis, Petri Galatini viri eruditissimi, quatuorque linguarum peritissimi, opus de arcanis catholicæ veritatis, ex Hebraicis libris mirabili ingenio, & non sine divino impulsu carptum, non solùm ex hoc scire poteris, quòd Reverendissimi quidam Domini Cardinales, divina, humanaque sapientia maximè

præstantes, aliique nonnulli ecclesiarum Prælati, in omni litterarum genere excellentissimi, opus ipsum, cùm eis cognoscendum missum fuisset, miris (me præsente) laudibus extulerint: quod ipse quoque cùm totum vidissem, ac perlegissem, tanquam Reipublicæ Christianæ admodum profuturum, summopere laudavi. Verùm ex eo etiam, quòd ipsimet Hebræi, sola veritate compulsi, in laudem operis, atque auctoris, pulcherrima in lingua Hebraica ediderunt carmina, &c.

La detta opera del Galatino fu poi ristãpata piu volte, e in Basilea appresso Enrico Pietro, e in Francofort appresso gli eredi di Andrea Wechelio l'anno 1603. in fo: ed altrove.

Se l'opera del Galatino fece gran romore nel secolo passato, che uscì in luce, grandissimo l'ha fatto nel nostro, particolarmẽte per quello, ch'ora si accennarà.

Lo Scaligero figliuolo fu il primo a scrivere, che'l Galatino avesse rubata interamente la sua opera da Raimondo Sebon. Le seguenti sono le parole dello Scaligero, in una lettera al Causabono, III. Eid. Septembris Juliani 1603., a carte 239., dell'edizione di Leida, del 1627.

Addebas de quibusdam in Petri Galatini disputationibus. Scito illos libros esse compendium duorum ingentium voluminum, quibus titulum Pugionem Fidei fecit auctor Raymundus Sebon, &c. Si igitur libri adhuc extant in Collegio Fuxensi Tolosano, ex quibus omnia hausit Petrus Galatinus Franciscanus, qui nomen auctoris, vel, ut sibi opus vindicaret, vel quia, &c.

Anche nella Scaligeriana, a carte 288. della prima edizione, si legge.

Beroaldus habebat Pugionem Raymundi Sebunde contra Judæos. Est alterum exemplar Tholosæ, au College de Foix, &c. *Petrus Galatinus honestè,* Cordelier, *fecit epitomen, & non meminit sui benefactoris, &c.*

Lo stesso Scaligero, in una altra lettera al medesimo Casaubono, XVI. Kal. Maii Juliani 1604., a carte 259., scrive.

De Galatino scito me vera dixisse. Nam non solùm illa omnia è Raymundo Sebone expiscatus est, sed & opus ejus nihil aliud est, quàm breviarium Pugionis Fidei, &c.

Come si è detto, lo Scaligero fu il primo nel dire, che'l Galatino avesse rubata la sua opera a Raimõdo Sebon, ma errò nel cognome, gia che l'autore del *Pug. Fidei* fu Raimõdo Martini, non Raimondo Sebon. Lo Scaligero in questo particolare fa eziandio de gli altri errori, come dimostra il Maussaco in fine de' suoi Prolegomeni.

Il dotto, ed erudito Padre Giovanni Morino, nella prima parte delle sue Esercitazioni Bibliche, fu di contrario parere, stimãdo, che'l Galatino avesse rubato il tutto da Porchetto Silvatici, Genovese, Certosino.

Le seguenti sono le parole del Morino, lib. 1. exercitat. 1. cap. 2. pag. 9. & 10.

In eadem prorsus sententia est Petrus Galatinus Franciscanus Monachus, cujus eruditio Hebraica ab omnibus meritò laudatur, cuique omnia ferè, quæ cæteri Auctores de Rabbinis, & Talmude citant in fidei Christianæ defensionem, accepta referri debent: ab eo enim, licèt fortè nonnulli sileant, ista mutuati sunt. Sed ipsius sententiam post Porchetum inutile est referre. Quæcunque enim habet Galatinus toto libro suo a Porcheto Carthusiano desumpsit, nec Porcheti, vel de nomine mentionem fecit. Plagium sane portentosum, cui vix simile unquam factum est: nam Galatini liber, nihil aliud est, quam Porcheti exscriptio ipsissimis Porcheti verbis, atque etiam Hebræorum textuum translationibus conservatis, hoc si excipias, quod elegantiæ causa, quædam verba, & verborum constructiones immutantur, &c.

Dopo molti periodi, per lo piu dell'istessa materia, soggiugne.

Denique cùm Porchetum Scaliger nunquam legisset, & Tolosæ in Raimundi Martini M.S. Codicem incidisset, Galatinum credidit à Raimundo arcana sua suffuratum, & magni operis compendium, præterito auctoris nomine, composuisse. Verùm cùm ea, quæ Galatinus scripsit apud Porchetum reperiantur omnia, eodem modo, & iisdem verbis, nec plura, à Porcheto sua mutuatum esse Galatinum dictu magis est consentaneum, &c.

Il giudizio però piu comune de' dotti si è, che'l Galatino non rubasse la sua opera da Raimondo Sebon, come con errore chiarissimo, e manifesto scrive lo Scaligero; ne da Porcheto Certosino, come vuole il Padre Morino; ma da Raimondo Martini, l'opera del quale uscì in luce in Parigi l'anno 1651., ed il seguente è il titolo di essa.

Pugio Fidei Raymundi Martini Ordinis Prædicatorum adversùs Mauros, & Judæos, nunc primùm in lucem editus. Impensis Ordinis: cura verò, & auspiciis felicis memoriæ Reverendissimi Thomæ Turco: subindeque Reverendissimi Jo: Baptistæ de Marinis Magistrorum Generalium. Ope, & opera Illustrissimi Reverendissimi D. Episcopi Lodovensis, & Illustrissimi Præsidis D. de Maussac Comitis Consistoriani; cum observationibus Domini Josephi de Voisin Presbyteri, & Exsenatoris Burdegalensis. Ad Serenissimum Regiæ stirpis primum Principem Ludovicum Borbonium condæum Burdegalæ, & Aquitaniæ Proregem optatissimum. Parisiis apud Mathurinum Henault, & Jo: Henault 1651. in fol.

Il detto de Voisin, che da fuora l'opera, scrive.

Unum

Unum hoc præfabor, Galatinum non omnia ex Raymundo sic desumpsisse, ut nihil sit apud Raymundum, quod apud Galatinum non extet; nam primo Talmudis, Rabinorumque sententiæ perinde ac scriptæ sunt, Chaldaicè scilicet, atque Hebraicè hic referuntur. quod Galatinus perdifficile reputans non præstitit, & si id ab ipso Capnio petiisset tanquam necessarium, &c. Secundò, apud Galatinum non referuntur Raymundi disputationes eo ordine, quo scriptæ sunt. Tum in iis referendis multa errata commisit Galatinus, quæ in hoc Pugione non sunt. Iis verò, quæ ille de lege scripta, & non scripta, in libro suo primo parum accuratè, nec sine multis erroribus disseruit; ego observationes in Procemium Pugionis substitui, &c.

Il dotto Monsignor Francesco Bosquet, Vescovo di Loudon, in una lettera al de Voisin, che è in principio dell'opera, scrive.

Primus, quod sciam, Raymundus felici manu hæc arma tractavit; cæteri aut alia arte, aut leviori telo congressi dubio Marte pugnarunt; hic unus devictis hostibus egit triumphos. Inde Porcheti de Judæis victoria; inde Galatini arcana revelata prodiere. Quartum jam sæculum in pulvere sordido cum blattis, & tineis luctans Raymundus delitescebat, dum quidam spoliis ejus aucti, famam non vulgarem apud viros literatos referebant. Tua nunc opera larva detrahitur, plagium detegitur, & Raymundi gloria vindicatur.

L'erudito Filippo Jacopo Maussaco, ne' prolegomeni alla medesima opera di Raimondo Martini, scrive.

Pugionem Fidei Raymundi Martini Ordinis Prædicatorum non modò publici juris facere, sed & Prolegomena ad ejus illustrationem præmittere nobis mens est; in quibus primò monemus S. Raymundum à Pennaforti, Clarissimi illius Ordinis Magistrum Generalem, viam mansuetudinis secutum esse ad convertendos Judæos, aliosque infideles. Illum porrò fuisse hujus operis quasi adjutorem: Raymundum autem Martini verum Auctorem. Eumque primùm Judæos propriis armis confodisse. Galatinum verò, quæ habet bona, & utilia in Arcanis Catholicæ Veritatis, deinde ab ipso suffuratum. Tum demum Porchetum eodem ferè tempore ex eodem fonte bibisse, sed non pari audacia, & inverecundia, &c.

Solus Galatinus Arcanè in Arcanis suis ausus est interserere hæc nauci, & planè ridicula, inter innumeras alias auctoritates, ex probatæ fidei Rabinis, à Martino nostro allatas, & longè ante productas, ut à primo, & vero hujus apparatus parente. Qui enim post eum secuti sunt omnes, Nicolaus de Lyra, Finus, Riccius, Hieronymus à S. Fide, Porchetus, Galatinus, Fab. Fioghi, Philippus Mornæus, aliique non pauci, ducem alium non habuerunt.

Petrus Galatinus ex Judæo Christianus, anno demum millesimo quingentesimo decimoquinto, post ducentos triginta septem aut circiter annos, libros duodecim de Arcanis Catholicæ Veritatis, Pugione Fidei non dum edito publicare ausus est, ex quo quæcunque protulit bonæ notæ in sua Arcana transfudit, suppresso penitus Martini nomine, non paucis dubiæ, & incertæ fidei additis, &c.

Tum secutus Porchetus de Salvaticis Genuensis Monachus Cartusiensis, cujus Victoria adversùs Judæos tandem edita anno millesimo quingentesimo vigesimo ab Augustino Justiniano Dominicano Episcopo Nebiensi, parta est ope Pugionis Martiniani: ut ipsemet non Galatiniana, sed bona, & syncera fide palàm professus est.

In fine dell'opera di Raimondo Martini vi aggiugne il de Voisin: *Index capitum Petri Galatini de Arcanis Catholicæ Veritatis, cum locis, quæ in iis ex Pugione Fidei desumpta sunt.*

Il Buxtorfio figliuolo, nella dedicatoria del Lessico Caldaico, Talmudico, Rabbinico di Gio: Buxtorfio suo padre, scrive.

Martinus Raymundus, cujus compilator fuit Petrus Galatinus.

L'Oleario, a carte 398. del suo libro intitolato Abacus Patrologicus, scrive.

Diu delituit (parla dell'opera di Raimondo Martini) *eximius liber M.S, ejusque genuinus auctor Raymundus, in Bibliotheca Tolosana, nactus ibidem plagiarium pessimum Petrum Galatinum, libris de Arcanis Catholicæ Veritatis celebrem, monachum Franciscanum ann. 1516. florentem, &c. qui mala fide integrum illum exscripsit, & sine ulla boni Raymundi mentione emendicavit, &c.*

Diversi altri si potrebbono nominare, che si tralasciano, i quali medesimamente scrivono, che'l Galatino rubasse la sua opera da quella di Raimondo Martini. Anzi l'istesso P. Gio: Morino, che nella prima parte delle sue Esercitaz. Bibliche scrisse, come sopra si è detto, che'l Galatino avesse rubato il tutto da Porcheto Salvatici, nella seconda, avendo considerato cio meglio, affermò, che da Raimondo Martini avesse cavato il tutto. Ecco le sue parole, nella esercitaz. 6., a carte 291., e 292.

Præterea vir insignis, & ad miraculum usque in literis Hebraicis versatus Raymundus Martini Dominicanus, istorum librorum nusquam meminit in præclaro illo opere, quod maximo conatu adversùs Judæos scripsit, & Pugionem Fidei inscripsit; testimonia Christianæ Religioni adeò faventia, ex libris istis si tum extitissent, tam profundo silentio nunquam

quam prætermissurus. Pugio ille fons est limpidus, è quo Galatinus arcana omnia sua in libros suos derivavit, ut sigillatim hæc adnotavit, & demonstravit vir clarissimus, & literarum Hebraicarum, & Rabbinicarum peritissimus Josephus Voisin, qui ante paucos annos Raymundi opera huc usque latitantia in lucem edidit, notisque doctissimis auxit, & ditavit; ita ut si ambos committat lector, & conferat, perspicuè videat Galatinum Raymundi inventis, præter quisquilias, ex istis ψευδοπαλαίοις libris excerptas, vix aliquid superaddere.

E vaglia il vero, che quando anche avesse il Galatino rubata la sua opera a Porcheto, come nella prima parte aveva scritto il P. Morino, veniva ad ogni modo ad averla rubata da Raimondo Martini, confessando il medesimo Porcheto, nel proemio, di aver cavata la sua *Victoria contra Judæos*, per lo piu, da Raimondo Martini. Ecco le sue parole.

Sed ut omnis eorum excusatio desinat, & ut facilius refellantur, sequar literam codicũ Hebræorum, veteris scilicet testamenti, secundùm quod translatum est à Fratre Raymundo Martino Hispano, Ordinis Prædicatorum, de partibus Cataloniæ, à quo sumpsi hujus libelli materiam in plerisque compilandi, qui fuit vir eximius tam in scripturis Hebraicis, quàm Latinis, qui quidem in Procemio sui Pugionis ait, &c.

Dee però in tal materia esser rimasa qualche cosa da dire al Colomesio; poichè questi, nella sua Francia Orientale, a carte 287., e 288., dove parla del de Voisin, scrive in una nota marginale.

Utrum Galatinus sua ex hoc opere, (cioè di Raimondo Martini) *ut volunt, hauserit expendam in hujus vita.*

Sarà curiosa cosa il vedere, dopo di tanti altri huomini dotti, che cosa sia rimasa da soggiugnere al detto Colomesio in questo particolare. Conciossiecosachè sopra siasi trascritto cio, che del Galatino si legge nella Scaligeriana data fuori dal menzionato Colomesio, si aggiugnerà ancora cio, che se ne legge nella Scaligeriana prima, data in luce da Tanaquil Fabro, a carte 78.

Galatinus in fine operis sui multa proponit de Eucharistia, quæ adeò aliena sunt ab eo proposito, ut vix digna sint quibus legendis opera detur. Plurima sunt ejusmodi in illo opere, alioquin in quibusdam utili, addo etiam necessario. Hoc opus est epitome, & breviarium ingentis operis, cui nomen, Pugio Fidei adversùs Judæos. Iste Franciscanus tacuit nomen veri auctoris.

Il Cardinal Bona scrive.

Petrus Galatinus Ord. Minorum Theologus insignis, qui tamen librum de Arcanis Catholicæ Veritatis adversùs Hebræos majori ex parte transcripsit ex Pugione Fidei Raymundi Martini Ord. Prædicatorum.

Raymundi Martini Ordinis Prædicatorum Pugio Fidei adversùs Mauros, & Judæos, liber aureus post quatuor sæcula è tenebris erutus, & novissimè impressus Parisiis cum variis, & doctissimis observationibus eximii viri Josephi Voisin Burgegalens. ex quo Galatinus, ut supra dixi, optima quæque in sua arcana transfudit, suppresso penitus auctoris nomine.

PIETRO LA-SENA, di cui si parla *a carte* 248., scrisse molte opere, che non sono stampate, delle quali i titoli si leggono nel principio del suo Cleombroto, la qual notizia puo esser grata a'lettori, trattandosi d'un' huomo non poco erudito di questo secolo; il perchè qui si registrano, e sono le seguenti.

I. De lingua Hellenistica Dissertatio Eminentissimo Cardinali Barberino, quo jubente in Academia Basiliana peroraverat, ab ipso auctore inscripta, & consignata.

II. Historia Gymnica, seu de Gymnasio Neapolitano, Italico sermone; quam ab Eminentissimo Brancatio, cujus eam fidei Auctor textamento commiserat, propediem edendam expectamus.

Questa, come si scrive nella Biblioteca, di gia si vede stampata.

III. Interpretatio ad l. Cætera De Legatis.
IV. De Phratriis Græcorum.
V. De Rinthone, & Rinthonicis fabulis.
VI. Architæ Fragmenta cum Notis.
VII. De Hebone.
VIII. De Figlina Romanorum.
IX. De Salapusiis.
X. Delle Imprese Poetiche.
XI. Academia Pontani, sive Clarorum Virorum, qui in literis unà cum Joviano Pontano Neapolim illustrarunt, Elogia.
XIII. Opus, quod inscripserat, Vergati, & Homeri Nepenthes, multis, quà additis, quà immutatis meliora fecerat, eaque novis typis addixerat.

Egli è da sapersi, che'l detto Cleombroto non è finito, onde in fine di esso, cioè a car. 142., scrive Gasparo de Simeonibus. *Hactenus suam dissertationem conscripsit Vir eruditissimus; cui mens fuerat, explicatis insuper hac de re Pythagoræorum, & antiquæ Theologiæ arcanis, ex integra demum, ac veræ fidei consona doctrina, Christianam perorationem subnectere. Verùm quod ipse, dum hæc imprimerentur, morte præreptus, præstare haud potuit, hic saltem Tu Lector, Auctori optimo bene precatus, plausum ne invide, quem præ-*

præpopera mors literis non gloriæ invidit.

Udeno Nisieli, cioè Benedetto Fioretti, impugna in alcuni luoghi Pietro La-sena, come nel Proginnasmo 89. del quarto volume, a car. 287. ed altrove. In oltre, tutto l'intero Proginnasmo 91., a carte 290. dello stesso quarto volume, è contro di esso, portando per titolo. *Censure di Pietro Lesina contrastate.*

PIETRO MARSO, di cui si parla a carte 248., fece ancora il comento sopra il medesimo Cicerone de Officiis, e de senectute, i quali si sono stampati, e ristampati piu volte; e basterà riferire le seguenti edizioni.

Tullius de Officiis, de Amicitia, de Senectute, nec non Paradoxa ejusdem. Opus Benedicti Brugnoli studio emaculatum, additis Græcis, quæ deerant, cum interpretatione super officiis Petri Marsi, Francisci Maturantii, nec non Jodoci Badii Ascensii, & cœt. Impressum Venetiis, ac magis, quàm unquam aliquo alio tempore emendatum, sumptu, miraque diligentia Jo: de Tridino, aliàs Tacuini, Anno salutiferæ Incarnationis 1517. die xxx. Januarii Regnante inclito Duce Leonardo Loredano in fol.

Nella lettera dedicatoria al Cardinal Riario della sua nuova ricognizione del suo comento sopra Cicerone de Officiis, promette Pietro Marso di dare in luce alcune sue fatiche, e sopra Orazio, e sopra le Tusculane del medesimo Cicerone, e sopra i cinque libri de finibus. E sono le sue parole le seguenti.

Utilitatem, si qua erit in his Petri Marsi clientis tui Commentariolis, amplitudini tuæ debebunt adolescentes, quorum institutioni, te hortante, te duce, pro viribus consulendum duxi, quod ut aliquando consequerer multa delevi, multa addidi, quæ ex uberrimo Platonis, & Aristotelis fonte deducta Cicer. Majestas exposcere videbatur. Eandem limam InterpretatioSilii Italici propediem experietur. Sed novæ in Horatium, Tusculanas Quæstiones, & divina illa volumina de Finibus, vigiliæ, tempus pariendi legitimum expectant.

Un'altra edizione del trattato de senectute è la seguente.

M. Tull. Ciceronis Cato Major, seu de senectute Dialogus ad Titum Pomponium Atticum, partim Commentariis Xisti Betuleii, partim Erasmi Roterodami, Petri Balduini, & Petri Marsi adnotationibus illustratus. Lugduni apud Theobaldum Paganum, 1556. in 4.

S'aggiunga ancora il Comento fatto dal detto Marso sopra Terenzio stampato anch'esso moltissime volte, ed una delle edizioni è la seguente.

P. Terentius Afer cum Commentariis Ælii Donati, Guidonis Juvenalis Cenomani, Petri Marsi in omnes Fabulas, & cœt. Venetiis apud Jo: Gryphium. 1580. in fol.

Tralasciando molte altre cose, che si potrebbono dire di Pietro Marso, non si lascia si bene di dire, ch'egli viene molto celebrato dal Sabellico nel suo Dialogo de Latinæ Linguæ Reparatoribus a car. 411., le di cui formali parole si sono riferite di sopra in Paolo Marso. Egli è vero però, che, in quanto alle lodi che da il Sabellico a' Comentari sopra Cicerone di Pietro Marso, il dottissimo Vives fu di contrario parere, avendo scritto. *Petrus Marsus in Officia Ciceronis loquacitate penè intolerabilis*; ma con pace di un tanto huomo, que'Comentari, considerandosi il tempo, nel quale furono scritti, sono degni di stima. Vedi a carte 197. di queste addizioni in Paolo Marso.

PIETRO SUMMONTE, di cui si parla *a carte* 249., non solamente fece stampare l'opere del Pontano, come quivi si scrive, ed è noto a tutti; ma fece anche stampare l'Arcadia del Sannazaro. Cavasi questo dalla dedicatoria del medesimo Summonte ad Alfonso Ferrillo de'libri De Fortuna del medesimo Pontano, nella quale, a carte 263. del primo tomo, scrive.

Etenim superioribus annis vix Actii nostri Eclogas Ethruscè scriptas edideram, cùm hæ statim Venetiis, sub falsæ officinæ titulo, tanta quidem depravatione iterum, atque iterum excusæ sunt, ut stomachum jure faciant legenti.

Ed in oltre promise il medesimo di dare in luce la vita del Pontano, come si legge nella lettera che l'istesso Summonte scrisse al Puderico, che si trova in fine de Rebus Cœlestibus a carte 300., le di cui parole si tralasciano, perche si sono riferite a carte 129. di queste addizioni, dove si tratta del Pontano.

Dedica il Pontano a Pietro Summonte l'ottavo libro de Rebus Cœlestibus, e tra l'altre cose, a carte 220., gli scrive.

Id quod ingenium tibi tuum Summonti, quo solertissimo præditus es, declarare melius exactiusque, quàm disputatio ulla potest nostra, penetrat etenim, &c.

L'istesso Pontano, nel libro quinto de sermone, a carte 242.

Petrus Summontius, de quo supra mentionem fecimus, nam præter summam literarum cognitionem, summè etiam jucundus est, & comis, cùm animadvertisset, &c.

E per tralasciare altri luoghi dell'opere in prosa, ne'quali dal Pontano si celebra il Summonte; si accenneranno alcuni luoghi

delle Poesie del medesimo Pontano, in cui si fa menzione del Summonte.

A carte 3416. e 3417. Tumulorum lib. II. si legge.

Tumulus Neæræ puellæ Petrus Summontius celebrat exequias.

Tra quei versi vi è il seguente.

Ast Petrum Charitesque colunt, Musæque tuentur.

A carte 3473. nel primo libro Bajarum vi sono altri versi. *Ad Petrum Summontium.*

A carte 3493. nel libro secondo Bajarum vi sono altri versi. *Ad Petrum Summontium.*

A carte 3494. dell'istesso libro vi sono alcuni versi, c' hanno per titolo *Petrus Summontius amator ad Neæram.*

A carte 3600. nel secondo libro Eridani vi sono versi. *Ad Petrum Summontium.*

Si tralasciano altri luoghi del medesimo Pontano ne'Dialoghi, ed altrove.

Il Sannazaro nel secondo libro degli Epigrammi a carte 171.

De Summontis pietate.

Excitat obstrictas tumulis Summontius umbras,
Impleat ut sanctæ munus amicitiæ.
Utque prius vivos, sic & post fata sodales
Observat, tristes & sedet ante rogos.
Nec tantum violas cineri, ac beneolentia ponit
Serta, sed & lacrymis irrigat ossa piis.
Parva loquor: cultis reparat monumenta libellis,
Cum possint longam saxa timere diem.
At tu, vivaci quæ fulcis nomina fama,
Poscenti gratas Musa repende vices.
Ut quoniam dulceis optat sic vivere amicos,
Vivat, & in libris sit sacer ille meis.

Si puo supponere, che'l Summontio, che dal medesimo Sannazaro s' introduce per uno de'tre interlocutori dell' Ecloga duodecima, ed ultima dell' Arcadia sia Pietro Summonte suo sì caro, ed erudito amico.

Francesco Asolano, nella dedicatoria dell'opere del Pontano, *Altobello Averoldo Præsuli Polensi, &c.*, scrive.

Atque horum quidem librorum lectione omnino defraudati fuissemus, nisi Petrus Summontius, vir tum ingenio, tum etiam doctrina excellens, omnes ferè ab interitu, & hominum oblivione vindicasset, diligentissimeque recognitos divulgasset. Qua in re tanto viro, &c.

Ambrogio Leone Nolano, nella dedicatoria della prima edizione della terza parte delle sue castigazioni d'Averroe ad Andrea Gritti Doge di Vinegia, principia la dedicatoria, scrivendo.

Petrus Summontius Parthenopeius, cui cognomen est doctus, ad Antonium Galatheum philosophum Ferdinandi Regis familiarem scribens, &c.

I versi del Pardo, e del Carbone, ne'quali si parla con lode di Pietro Summonte, possonsi vedere in fine dell'ultimo tomo dell'opere del Pontano.

Tutti universalmente, che ne parlano, celebrano con gran ragione un huomo così dotto, e così affezionato alla memoria de'dotti; onde si tralascia di registrare luoghi d'altri scrittori, gia che sarebbe tal cosa superflua.

PIETRO ANTONIO SOFIA Napoletano, si aggiunga, e si registri *a carte* 251. dopo Pietro Antonio Lottiero. Egli raccolse, e compose il seguente libro.

Il Regno di Napoli diviso in dodici Provincie, con una breve descrizione delle cose piu notabili, e de'corpi santi, che sono in ciascuna di esse. I nomi delle Città, Terre, e Castella, che vi sono, con la vecchia, e nuova Numerazione. I Re, che v'hanno regnato, ed i Vicerè stativi da Bellissario in qua, i Principi, Duchi, Marchesi, e Conti, che vi sono al presente. I sette Officii del Regno, con i Cavalieri del Tosone, che ora vi sono. I Vescovadi, e Arcivescovadi, che sono in ciascuna Provincia, li Juspatronati del Re, le Terre di Demanio, e le Camere riservate con i pagamenti, che fanno alla Regia Corte. E le Famiglie Nobili delle Città piu principali. Aggiuntavi una breve descrizione della Città di Napoli, con la numerazione de'fuochi, Chiese, Preti, Parrocchie, Monasteri, Confraterie, e Maritaggi, che da quelli si fanno ogni anno, li Corpi Santi, e reliquie, che vi sono, con la Nobiltà di Seggi, e fuor di Seggi. Raccolto per Pietro Antonio Sofia Napolitano. In Napoli nella stamperia di Lazzaro Scorriggio. 1614. in 8.

PIETRO PAOLO PARISIO, di cui si parla *a carte* 251., *e* 252., e si dice: *Ha dato alla pubblica luce opere degnissime, e sono consiliorum, &c. Pars prima, secunda, & Tertia, &c.* è da sapersi che diede alla luce quattro tomi di consigli, e non tre; eccone il titolo del 4. tomo.

Quarta pars consiliorum Petri Pauli Parisii Consentini S. R. E. Cardinalis Amplissimi Pontificii, Cæsareique Jur. consultissimi, ex innumeris, quibus scatebat mendis olim purgata, nunc verò majore cura pristino candori penitus restituta, nec non argumentis locupletissimis illustrata. At præter locupletissimum indicem elementario ordine confectum, accessere multa, quæ in cæteris voluminibus non reperies, non sine maxima studiosorum utilitate.

tate. Venetiis apud Nicolaum Bevilaquam, & socios 1570.*in fol.*

I titoli de gli altri tomi sono come il sopraddetto, non vi essendo di variazione, se non che dove nel suddetto si legge *Quarta pars*; ne gli altri si legge, *Prima*, *Secunda*, *Tertia pars*. E la quarta parte non è minore volume dell'altre. Dopo della quale seguita.

Repertorium in quatuor volumina consiliorum Petri Pauli Parisii Consentini U J. D. clarissimi, ob eximiam ac singularem doctrinam, atque virtutem à Paulo III. Pontifice Maximo Cardinalis honore decorati; alphabetico ordine, rejectis superfluis in eo, qui proximè excusus est, in omnium gratiam nunc summa cum diligentia in lucem emissum. Venetiis apud Nicolaum Bevilaquam, & socios 1570.*in fol.*

In oltre, a dette *carte* 252.si legge: *Leggasi Angelo Portinari nel suo libro intitolato Della Felicità di Padova*, ne si cita altro scrittore, e pure il Portinari non scrive, se non le seguenti parole: *Pietro Paolo Parisio da Cosenza, Giurisconsulto dottissimo, il quale fu poi creato Cardinale, ha esplicato legge Civile in Roma, Padova, e Bologna*; quando molti, e molti ne parlano, ed assai lungamente; alcuni de' quali si troveranno citati nel Ciacconi con l'addizioni del P. Oldoino, a carte 667. del terzo tomo, in margine, e quivi si legge.

Legationis munere functus est unà cum Marcello Cervino Cardinali Sanctæ Crucis apud Cæsarem Genuæ commorantem, & in Concilio Tridentino, unà cum Cardinalibus Morono, & Polo. Post legationem, signandis gratiæ libellis præpositus.

Queste cose però si leggono nell'epitaffio, che sta registrato a dette carte 152. della biblioteca. Nel medesimo luogo del Ciacconi si legge, che sono quattro tomi i Consigli del Parisio.

Scripsit consiliorum volumina quatuor, quibus largas sibi comparavit opes. In secundum Decretalium lecturas, Commentar. in quatuor juris civil. postmeridianas lectiones.

Si tralascia cio, che di esso scrive l'Ughelli a carte 754. del settimo tomo dell'Italia Sacra, e cio che ne scrivono molti altri scrittori; e solamente quì si trascriveranno le testimonianze di un celebre giurista de' suoi tépi, e di un medico. Sia il primo Guido Panzirolo, il quale, a carte 335. del suo secondo libro de claris legum interpretibus, scrive del Parisio sì il bene, come il male. Ecco le sue parole.

Eadem ætate (cioè di quella di Francesco Ripa) *Petrus Paulus Parisius Consentinus claruit, qui cùm Romæ aliquandiu docuisset, anno* 1521. *Patavium conductus Franciscum Sfondratum Cremonensem concurrentem habuit, qui cùm Mediolani Senator a Carolo V. Cæsare creatus, & Senis Præfectus, ac demum Patriæ Episcopus ad Cardinale fastigiū ascendisset, ejus loco Marianus Socinus anno* 1536. *Patavii successit.*

At Petrus Paulus ibi aliquot ann. professus, mox Bononiæ defuncto Carolo Ruino amplo stipendio suffectus fuit. Inter aliosque Hieronymum Prividellum Regiensem magnæ spei juvenem vespertinæ lectionis concurrentem habuit. Ibi quinquennio magna cum laude jus interpretatus, ingenti coacta pecunia, Cameræ Apostolicæ Auditoris officium emit, docendique munere relicto, Romæ paucis annis commoratus, tandem à Paulo III Pontifice Maximo Cardinali dignitate honestatus fuit. Itaque, memorandi exempli res visa, duos concurrentes ad ejusdem honoris culmen pervenisse.

Vir insigni eruditione fuit, sed sordidior habitus, qui consulentibus singulas Responsorū chartas aureo vendere consueverat, eumque morem pessimo exemplo nonnulli posteriores secuti ad emungendam pecuniam pro Responsis, volumina reddere conati sunt. Ejus verò loco Bononiam Andreas Alciatus conductus fuit. Docente Petro Paulo Patavii, ibidem Bernardinus Gammarus Bonon. jus civile docuit.

Il medico è Gio: Battista Teodosio, il quale nelle sue lettere medicinali, epistol. 39. a carte 444. e 445., del volume di lettere così sue, come del Manardo, del Massa, del Mundella, e del Langio, stampate in Leone nell'anno 1557. in fo., scrive.

Pro Reverendo doctore domino Petro Paulo Parisio consilium. Regimen iter agentium per terram, & de vertigine. Nescio, an plus gaudii, vir undecumque doctissime, an tristitiæ, ex hoc amplissimo gradu à Summo Pontifice tibi concesso mihi contigerit: gaudeo primum locum virtutis tuæ amplificandæ, & augendæ obtigisse, si tamen cumulo amplissimo quicquam addi potest: doleo autem exinde me mutua tua, & benigna conversatione privari, & hoc almo Bononiensi Gymnasio compatior, si quidem vereor, ne nobilium multorum numerus, qui celeberrima fama tua attracti, ut uberrimos latices ex fontibus tuis exundantibus haurirent, Bononiam se conferebant, ad alia studia se conferant. Ego autem cùm in numero profitentium publice annumerer, summopere cuperem, ut multiplicem nobilium scholarium frequentia hoc studium efflorescerer, & ne extinctæ tanquam corpus non utile dextræ, languesceret, sed ut incolumem te Romam conducere, & diutius feliciter superesse, quod Dii faxint, valeas, &c.

Finisce dicendo.

Hæc igitur sufficere arbitror pro diuturna sanitate tua conservanda, quam ut spero, cuncti po-

ctipotens Deus diutius conservare, ex inclyta tua, & rarissima virtute, & optimorum morum tuorum cumulo dignabitur, & ad altiora te provehere, & rubri dignitate galeri decorari. Vale igitur, & tui Theodosii, qui te amat, colit, & veneratur, quique auctoritatem tuam in dies majorem fieri exoptat, memor esto, &c.

PIRRO CORRADO, di cui si parla *a carte* 253., compose ancora il seguente libro, il di cui titolo è.

Praxis Beneficiariæ recentioribus Constitutionibus Apostolicis, Rotalibus Decisionibus, Sacrarumque Congregationum declarationibus, Decretis, atque Responsis. Dubiorum quoque in dies occurrentium Resolutionibus firmatæ Cancellariæ Apostolicæ notabilibus perornatæ, Formulisque Beneficialibus, pro ipsius Praxis germana, tutaque intelligentia, locupletatæ. Auctore Pyrrho Corrado A Terranova Diœcesis Rossanensis V.J.D. Protonotario Apostolico, Majoris Ecclesiæ Neapolitanæ Canonico, Ministri Generalis supremæ Universalis Sanctissimæ Inquisitionis de Urbe, contra Hæreticam pravitatem in Regno Neapolis, uno ex Consultoribus, diuque in Romana Curia apprimè versato. Neapoli typis Camilli Cavalli 1656., expensis Dominici Granacini, & Francisci Marturiati. in fol.

Scrive a'lettori.

Prodiit jam antea in lucem (benigne lector) mea Praxis Dispensationum Apostolicarum utilissimis locupletata additionibus recusa: in ea verò me alium editurum Tractatum, scilicet Praxim Beneficiariam, pollicitus sum; quæ in duos tomos divisa prodibit; quorum hic primus, alter vero qui sub prælo est propediem edendus, &c.

PIRRO LIGORIO, di cui si parla *a carte* 253., fu molto ne'suoi tempi stimato; onde sarà a proposito l'aggiugnere ed auvertire intorno ad esso le seguenti cose.

Primieramente il Tramezzino stampò un piccolissimo libro de'Circi, Teatri, e Anfiteatri, e i Paradossi; onde è chiaro, che i Paradossi, furono impressi infin dall'anno 1553. dal medesimo Tramezzino col detto libretto, del quale il seguente è l'intero titolo.

Libro di M. Pirro Ligorio Napolitano delle Antichità di Roma, nel quale si tratta de'Circi, Teatri, e Anfiteatri. Con le Paradosse del medesimo Autore, quali confutano la comune opinione sopra varii luoghi della Città di Roma. In Venezia per Michele Tramezzino 1553. in 8.

Conclude Pirro Ligorio i suoi Paradossi, scrivendo.

Troppo lungo sarebbe, e quasi infinito, se volessimo andar raccontando, e raccogliendo tutte le cose, che gli scrittori moderni hanno inteso a rovescio, così dell'Antichità di Roma, come del resto d'Italia. In vero le cose di Roma non so, se dieci ne hanno locate appresso alla verità, dell'infinite che sono, trasportate l'han tutte fuor de'luoghi suoi, mettendo quelle d'una regione addosso all'altra, hanno impicciato il Mondo. Basta adunque aver detto sin quì, e riserbiamo a dire il rimanente ne i nostri quaranta libri delle Antichità, ne'quali, e queste, e altre cose saranno amplissimamente discorse, e dichiarate, da Saturno Re d'Italia, fino a Giustiniano Imperatore.

Michele Tramezzino nella lettera dedicatoria al Cardinal di Ferrara, tra l'altre cose, scrive.

Ond'io udendo quanto utile, e diletto ne viene al Mondo, ho preso assunto di unire insieme per il ben pubblico questi due Trattatelli composti dall'Eccellentissimo M. Pirro Ligori Napolitano, familiare, e servidore di V. Illustrissima e Reverendissima Signoria; il quale è per dar presto anco in luce quaranta libri, ne'quali si riserba la narrazione del rimanente delle cose antiche di Roma.

Di Pirro Ligorio, de'suoi scritti, pitture, e di coloro, che ne hanno parlato con lode scrive assai lungamente l'Hankio nel suo secondo libro *de Romanarum rerum scriptoribus a carte* 154.155.*e* 156. Quivi fra l'altre cose si legge.

Veteris Romæ, qualem P. Victor, & Sextus Rufus descripserunt, imaginem composuit, atque pinxit. Eam Michaël Tramezinus aneis tabulis expressit anno 1553. in fol.

Veteris Romæ Circum Flaminium, cum Euripo, aris, & Isidis Leoni insidentis simulacro depinxit. Eundem tabellis æneis idem Tramezinus repræsentavit anno 1553. in fol.

Veteris Romæ Diocletianas, & Maximianas inter Quirinalem, & Viminalem Thermas ex antiquorum monumentorum reliquiis depinxit. Eas suis tabulis inde conspicuas idem Tramezinus anno 1558. in fol.

Lorenzo Pignoria nelle epistole simboliche, in quella indirizzata L. P. Edmundo Butzio, a carte 21. scrive.

Pyrrhus demum Ligorius Neapolitanus, & Æneas Vicus Parmensis, gemini soles præluxerunt vetustati illustrandæ. Ille in XXXX. libros conjecerat quidquid pervenerat ad nos à veteri ævo, meminitque ipse hujusce laboris à se exantlati, productique à Saturno Rege Italiæ ad Justinianum usque Augustum, in libello Italicè scripto editoque, cui titulum fecit, Antiquitates Romanas. Hinc illi jure merito obtigit, ut à doctissimis viris ipse calamo, & pennicillo præstans, honorificentissimis elogiis

appellaretur, ab Onufrio Panvinio, à Hieronymo Mercuriali, ab Antonio Augustino, & Stefano Pighio. Verùm hujus libri publicam lucem non aspexerunt, & cum magno quidem rei literariæ detrimento.

Si tralasciano per brevità di copiare i luoghi del Panvino, del Mercuriale, di Monsignor Antonio Agostino, e del Pighio, de'quali fa menzione il Pignoria, e di molti, e molti altri ancora, i quali con lode del Ligorio han parlato, ma non par convenevole il tralasciare quel, che ne scrive Gio:Matteo Toscano, il quale si gloria d'avergli parlato in Roma. Egli dunque, a carte 112., e 113. del suo Peplo d'Italia, nel libro quarto, scrive così.

Pyrrhus Ligorius.

Antiquitatis ultimæ Ligorius,
Cujus ruinæ, & ruderum vestigia
Vix nunc supersunt, quin nec extant jã quidẽ,
Est excitator: hic Quiritium decus
Reponit, Urbe restituta, & mœnibus:
Arcus, Theatra, Porticus, Basilicas,
Castella, Balneas, Aquæductus, Lacus,
Pistrina, Templa, Septizonia, Arbores,
Statuas equestres, Insulas, Navalia,
Thermas, Agones, Hippodromos, Compita,
Circos, Deorumque, & Virorum imagines,
Cuncta hæc steterunt, mox ruerunt: denuò
Sic excitavit per typos Ligorius,
Ut mille Romas sit videre millies:
Quæ sic perire nunc valent, ut interim
Totidem renasci millies tamen queant,
Jam fabulosæ ut afferant Hydræ fidem.

Pyrrhus Ligorius Neapolitanus ea felicitate Veteris Romæ ruinas scrutatus est, ut eam, qualis fuit cùm maximè floreret, verissima pictura repræsentarit. Est enim vir totius antiquitatis peritissimus, nulliusque bonæ artis ignarus: quod ideo indubitanter asserimus, quòd ejus jucundissimo colloquio nobis non semel Romæ contigit frui. A cujus politissimo ingenio uberrimos doctrinæ fructus studiosos omnes propediem expectare par est.

Il trattato di Pirro Ligorio de Vehiculis Antiquis, cavato dal suo libro de Famil. Rom. si fe stampare Italiano, e Latino, con alcune note dallo Scheffero nell'anno 1671. in fine del seguente suo libro.

Jo: Schefferi Argentoratensis de Re Vehiculari Veterum libri duo. Accedit Pyrrhi Ligorii V. C. de Vehiculis fragmentum nunquam ante publicatum. Ex Bibliot. Serenis. Reg. Christinæ. Cum ejusdem Jo: Schefferi Arg. Annotationibus. Francofurti ex Officina Zunneriana typ. Jo: Andreæ 1671. in 4.

Il detto trattato del Ligorio si trova a carte 369. della detta opera dello Scheffero, dove si legge.

V. C. Pyrrhi Ligorii Neapolitani de Vehiculis Antiquorum Diatriba, excepta ex libris ejus de Famil. Romanis. Nunquam antea publicata. Primus edidit, Notisque instruxit Jo: Schefferus Argentoratensis.

Scrive, tra l'altre cose, lo Scheffero a' lettori.

Quem hic primus edo, libellum industriæ debes viri eruditissimi, amicissimique nobis, Domini Andreæ Nicolai Norcopensis, eloquentiæ in hac Academia professoris destinati, qui eum Romæ descriptum ex Codice Variorum Pyrrhi Ligorii Operum, quos instructissima Christinæ Reginæ Bibliotheca servat, ad nos amicè transmisit. Ut eum ederem, præcipuè me impulit, quòd scirem neminem aliũ, qui hoc argumentum ex professo tractavit. Deinde, quòd Auctorem ejus, in existimatione magna esse apud Italos didicissem, &c.

Poco sotto soggiugne.

Quanquam autem Pyrrhus meritò laudetur, quòd ingenti animo tam vastum argumentum sibi sumpserit tractandum, ac in cæteris fortasse dignum sese laude ista præstiterit, tamen in opusculo præsenti pæne nil invenio, quòd æquare titulos tantum valeat. Quod non gratis à me dici facilè ostendunt Notæ à me additæ, quibus simul apparebit, utrum supervacua fuerit nostra in expoliendo præsenti argumento post celeberrimum Ligorium industria.

Non ci è dubbio, che lo Scheffero nelle sue note mostra, che in diverse cose il Ligorio si è ingannato, ma doveva, e si dee considerare, che nel tempo, che Pirro Ligorio scrisse, non era l'erudizione raffinata nella maniera, ch'è adesso. In oltre se il Ligorio avesse solamente scritto di quella materia, non ci è dubbio, che l'avrebbe fatto con maggiore accuratezza; ma avendo scritto universalmente, e con sì piena mano, si dirà così, di tutto quello, che concerne alle cose di Roma, è impossibile, che non gli sieno scappati de gli errori, ed in questo è degnissimo di scusa.

L'opera manoscritta del Ligorio, credevasi, che si trovasse in Savoja; onde la Regina di Suezia ne avrà avuta una copia, o pure il medesimo esemplare, ch'era in Savoja.

In oltre Carlo Dati, nell'Orazione in lode del Commendatore Cassiano dal Pozzo, scrive.

Nè punto rimanevan fallite così ferme speranze, essendo egli non come certuni avaro custode, ma liberalissimo dispensatore, e in un certo modo bramoso d'indovinare, per esser pronto alle altrui occorrenze, e penetrare le

distanze nascoste. Ed io piu d'ogni altro posso affermarlo, che avendolo per lettere richiesto d'una qualche notizia circa l'antiche triremi, incontanente ottenni da lui per risposta una nobile offerta di quanto egli si trovava nella materia navale. Onde per raffrenare la sua piu che troppa larghezza, replicai esser gia svanita l'occasione, ne farmi piu di mistieri delle sue grazie. Ma tutto in vano; perchè egli, cio non ostante, fece accuratamente disegnare, e trascrivere la dottissima opera delle cose nautiche compilata dal celeberrimo pittore, ed antiquario Pirro Ligorio, e quando meno io l'aspettava, con eccedente benignità la mi trasmesse a Firenze.

Non sarebbe stato pertanto gran cosa, che anche il Commendatore Cassiano del Pozzo avesse avuta una copia di quell'insigne opera di Pirro Ligorio; benchè puo anche esser stato, che per favorire il Dati avesse fatta copiare quella parte della detta opera, che contiene le cose nautiche. Egli è certo, che sarebbe cosa grata a'letterati il sapere dove si trovi quest'opera manoscritta. L'erudito Ezechiello Spanemio però, nelle sue dissertazioni de præstantia, & usu numismatum antiquorum, a carte 138. 139. 140. 141. e 142. della seconda edizione, riferisce in quali biblioteche si serbino l'opere manoscritte del Ligorio, e fa anche il giudizio di quelle, scrivendo ancora delle medesime gli argomenti. Le seguenti sono le parole dello Spanemio.

Si fides verò habenda est Pyrrho Ligorio, notatur ab eodem in uno Domitiani Numismate Rhinoceros cum Elephante, ut videbam nuper in antiquariis ejus collectionibus ineditis, quas adservat Bibliotheca Augustæ Christinæ.

Neque verò in iisdem diversum ab eo MONOCEROTA memini me vidisse, quem à se tam in Nummo veteri inspectum apud hunc ipsum Ligorium testatur Aldrovandus, cornu cantharo humistanti inserentem, cum inscr. ΝΥΣΣΕΩΝ. *&c.*

Dopo aver parlato della varia lezione della suddetta inscrizione, soggiugne.

Sed non licuit mihi hactenus Galli illius Medici scriptum consulere, quo Nummi illius iconem dedit inspiciendam, aut eundem in penu antiquaria Pyrrhi Ligorii à me hic inspecta observare, à quo primum Nummi hujus notitia videtur dimanasse.

Dopo queste parole fa il giudizio dell'opere non istampate di Pirro Ligorio, scrivendo ancora gli argomenti di quelle con le seguenti parole.

Illud tamen in Lectoris gratiam, & ad majorem quandam lucem hujus rei haud alienū erit præmonere, magnam utique fuisse superiori sæculo, quod tu non ignoras, Pyrrhi hujus Ligorii in colligendis utique residuis prisci ævi monumentis diligentiam, ac in iisdem delineandis, describendis, in certum ordinem redigendis, & pro captu etiam interpretandis, incredibilem quandam neque satis unquam prædicandam sedulitatem. Hinc optimos, & publicos illius industriæ præcones nactus jam olim sibi conjunctos arcta id genus studiorum communione, Antonium Augustinum, Fulvium Ursinum, Onuphrium Panvinium, Annibalem Caro, & his ætate proximum Laurentium Pignorium, omnia clarissimæ famæ nomina. Sed certiores adhuc ejus rei testes extant Herculeæ Viri lucubrationes antiquariæ etiamnum superstites, in quadraginta & plura volumina digestæ; quæ integræ adhuc in Taurinensi Bibliotheca, & hic in urbe magna sui parte in suppellectile libraria Christinæ Augustæ, Farnesiana, & Barberina, instar præstantissimi cujusdam Thesauri, adservantur. Complectuntur vero illæ, tum consueto litterarum ordine & libris totidem, Geographicam locorum hominumque prisci ævi enarrationem, insertis passim Lapidum ac Nummorum monumentis; tum præterea Commentarios singulares in Græcorum & Cæsarum aliquot Nummos; ac insuper Tractatus quosdam peculiares ad illustrationem Romanæ omnisque remotæ antiquitatis comparatos; De Religione & Diis Gentilium, Heroibus & Viris Illustribus, Ponderibus, Mensuris, Statuis, Moneteis, Funeribus, Re Nautica, Vestiaria, Claris Familiabus Romanorum, de eorum Magistratibus, ac tandem distinctis quibusdam Tiburis, Villæ Hadrianæ, aliorumque id genus vel Rituum vel locorum explicationibus. Dum vero easdem fama, & commendatione eruditorum hujus ac superioris sæculi mihi pridē notas, obiter versare licuit aliquoties, facile deprehendi multas latere in iis optimas prisci ævi reliquias, quibus vel imprimis prioribus Inscriptionum aut Nummorum veterum collectionibus ingens, & præclara quædam accessio fieri posset; ac inde in omne litterarum & doctrinæ genus utilitas non levis redundare. Multa enim id genus hodie etiam haud amplius obvia, ibi recondi adversus injuriam temporum; multa etiam ab aliis secus aut properanter descripta, accuratius ibi aut fidelius, quam vulgo in editis legi; præter conspicuam singularis cujusdam in colligendis iis, ac ubi opus fuit delineandis, industriæ laudem. Sed neque illud vicissim dissimulabo, plura passim occurrisse congesta in tam vasta mole, quæ aut dubiæ fidei, aut confessæ videbantur novitatis; magnā imprimis Nummorum segetem ipsa locorum, aut inscriptionum notatione quam oppido singularem. Et quidem erratum videbam frequentius in Græcis id genus monu-

monumentis vel tradendis, vel explicandis; adjunctas certe iisdem interpretationes, nullum ferme usum Græcarum aut interiorum alias litterarum manifesto nimis arguere. Varia ejus rei exempla possem huc adferre, quæ subinde sese mihi ac dolenti quidem ingerebant, & quæ suo loco nonnunquam ac ordine, sed cum pace ejus viri, cujus ossa quiescant molliter, lectorum oculis subjiciemus. Sive itaque fatum illud sit omnium vastarum collectionum, in quibus vulgo πολλὰ μὲν ἐσθλά, πολλὰ δὲ λυγρά; sive ea sit consueta humani ingenii pluribus intenta imbecillitas; sive fucus ab aliis bono ac diligenti viro factus sit; sive nimio omnia vetera ac nova promiscue congerendi studio laborarit; sive revera majore animo ac labore improbiori, quam idoneo provisu priscæ eruditionis & solertiæ illius judicatricis instructus, rem tantam sit adgressus; illud certo mihi constat, quod nec fidem ubique decoquat, nec ubique mereatur, & in amplissima messe. Infelix lolium ac steriles dominentur avenæ.

